This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

REMEMBRA LO PASSAT · ORDONA LO PRESENT · PROVEHEIX AL ESDEVENIDOR

NO GUARDES A QUANTS

PLAUS MAS A QUALS

Digitized by Google

SANGVINE
CAMPORES

12

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MANUALE

RITUALIS

Ecclesiæ et Diœcesis Elnensis,

Typis mandatum jussu et auctoritate ordinarii ejusdem Diœcesis.

Sanctæ EULALIA et JULIA,
Virgines et Martyres.

BIBLIOTECA

PERPINIANI,

Ex Typis JOANNIS ALZINE.

1801.

Digitized by Google



Digitized by Google

ADMONITIO.

Pro temporum injuria Ritualis libri diœcesis nostræ Elnensis pauca supersunt exemplaria : quare operæ pretium duximus quædam ex illo excerpta, et ad manualis libri formam redacta pro nunc typis mandare (ad cujus libri calcem, sed separatim quædam reperiuntur additamenta); sic faciliùs et commodiùs Presbyteri curam animarum gerentes, ministerium suum exequi valebunt; sic quoque in Sacramentis administrandis, aliisque sacri ministerii muneribus obeundis, non aliundè nisi in diœceseos nostræ Rituali libro, istoque Manuali, ritus et ceremoniæ depromentur, *ut inde unusquisque sumat regulas ministerii, unde honoris consecrationem accepit, ut juxta majorum decreta, sedes quæ unicuique sacerdotalis mater est dignitatis, sit unicuique etiam ecclesiasticæ magistra rationis.* Can. 3, Conc. Tolet. II, anni 675, cap. de iis qui contra dis. 12.

Digitized by Google

Digitized by Google

MANUALE
RITUALIS
Ecclesiæ et Diœcesis Elnensis.

EX CAPITE I.º LIBRI I.ⁱ PARTIS I.ᵃᵉ

Modus annuntiandi populo Festa colenda, jejunia, indulgentias, anniversaria, monitiones contrahentium matrimonium, litteras vel cartellos, et doctrinam christianam.

Parochi, et quicumque animarum curam habentes, ipsi per se, vel per alios idoneos, si legitimè impediti fuerint, in Missis conventualibus, saltem omnibus Dominicis, et solemnibus diebus festis, sacras scripturas, divinamque legem, juxta sanctorum Patrum expositiones, et regulas infra scriptas, annuntient. Iidem etiam, saltem Dominicis, et aliis festivis diebus, pueros in suis Parochiis fidei rudimenta, et obedientiam erga Deum et

Digitized by Google

parentes diligenter docere curabunt. Præterea annuntiabunt populo festa colenda illius hebdomadæ, et alia quæ, licet non serventur, speciali tamen populi devotione venerantur. Jejunia, anniversaria, et indulgentias explicabunt; ac demùm denuntiationes matrimonium contrahere volentium populo manifestabunt, reversi ab offertorio prout sequitur:

Devots christians, los qui sou vinguts á visitar aquest sant lloch, havéu guanyat molts perdons é indulgencias: placia á Deu nostre Senyor que molts dias y molts anys los pugáu guanyar, á llahor sua, y á salut de las vostras animas. Amen.

Ohiréu las festas ques celebrarán en la present semmana.

N. Dia primer vinent, se fará festa y solemnitat de Sant N. Es festa que per precepte de santa mare Iglesia sou obligats guardar, y cólrer; y així de part de ella laus mano guardar, y cólrer com lo die de vuy, cessant y abstenintvos de totas obras servils, y empleantvos en obras spirituals.

Si tale festum habuerit jejunium dicatur sic:

N. Dia primer vinent, será vigilia y dejuni de la festa de sant N. De part de santa mare Iglesia laus mano dejunar á tots los qui teníu edat, y no estáu legitimament impedits, á pena de pecat mortal. N. dia se celebrará la dita festa, mano laus cólrer com lo die de vuy.

Si verò dictum festum venerit in die Dominicá:

Digitized by Google

Ja cau en die que en altra manera sou obligats à cólrer ; y aixi faréu com be teniu acostumat.

Si tale autem festum non fuerit colendum, dicat Parochus:

Aquesta festa no es de manament, santa mare Iglesia ne fará solemnitat, y vosaltres faréu com be teníu acostumat.

Advertat autem Parochus, quòd si festum occurrens in feriâ secundâ sequentis hebdomadæ habuerit vigiliam, sabbato præcedenti jejunandam, tenetur vigiliam denuntiare die dominicâ quæ immediatè præcedit sabbatum in quo vigilia cadit.

Quando occurrent quatuor tempora, dicet:

Dimécres, divéndres, y dissapte son témporas, ab obligació de dejunar, á pena de pecat mortal, tots los qui tenen edat sufficient, y no tenen just impediment.

En esta semmana no y ha mes festas (*et si denuntiavit jejunia, addat*, ni dejunis), que jous hage de manar, ni vosaltres guardar ni cólrer : tots dies son bons y sants per aquells qui están en estament de gracia : placia al Senyor que tots siam de aquells.

Per quant tot christiá, y christiana es tingut y obligat á saber, y enténdrer la doctrina christiana, alménos summariament, perço la diréu juntament ab mí, persignantvos primer y dient:

Per lo Senyal ✝ de la santa creu ✝ de nostres enemichs deslliuráunos ✝ Senyor Deu nostre. En nom del Pare, y del Fill, y del Sant Esperit. Amen, Jesus.

Digitized by Google

Devéu saber que tota la doctrina christiana se parteix en sis parts. La primera es, lo que tenim de créurer. La segona, lo que tenim de observar, guardar, y cumplir. La tercera, lo que tenim de fugir. La quarta, lo que tenim de témer. La quinta, lo que tenim de esperar. La sisena, lo que tenim de demanar á Deu: y tot lo ques pot demanar se conté en la oració del Pare nostre. Perçó posaréu los genolls en terra, y diréu:

PARE nostre qui estáu en los cels, sie santificat lo vostre sant nom. Vinga en nosaltres lo vostre sant regne. Fasses la vostre voluntat, així en la terra com se fa en lo cel. Lo nostre pa de cadal dia, donáulons, Senyor, en lo dia de vuy. Y perdonáunos las nostras culpas, així com nosaltres perdonam á nostres deutors. Y no permetáu que nosaltres caygam en la tentació. Ans deslliuráunos de qualsevol mal.

Salutabunt sanctissimam Mariam oratione Angelicá, lingua vulgari:

DEU vos salve, Maria, plena de gracia, lo Senyor es ab vos, bèneyta sou vos entre totas las donas, y beneyt es lo fruyt del vostre ventre, Jesus. Santa Maria Mare de Deu, pregáu per nosaltres pecadors, ara, y en la hora de la nostra mort. Amen.

Etsi Symbolum Apostolorum non sit oratio, sed fidei confessio, illud Parochus dicet post præcedentes orationes, ut populus illud discat.

Y perqué tot christiá, y christiana es obli-

Digitized by Google

gat á saber lo *Credo*, en lo qual son contenguts los articles de la santa fe cathólica, diréu juntament ab mí ara de present.

Crech en un Deu, Pare tot poderos, Criador del Cel y de la Terra. Y en Jesu-Christ Fill seu únich, Senyor nostre; lo qual fonch concebut per obra del Esperit Sant, y nasqué de la Verge Maria, y patí de baix lo poder de Pons Pilat; fonch crucificat, mort y sepultat; devallá als inferns, ressuscitá al tercer dia de entre los morts; y sen pujá als Cels, y seu á la dreta de Deu lo Pare tot poderos; y de allí ha de venir á judicar los vius, y los morts. Crech en lo Esperit Sant, y en la santa mare Iglesia cathólica, la communió dels Sants, la remissió dels pecats, la resurrecció de la carn, la vida perdurable. Amen.

Faréu la confessió general per los pecats venials, supplicant á Deu nostre Senyor vos perdone los mortals, dient:

Jo pecador (ó pecadora) me confesso á Deu tot poderos, y á la gloriosa Verge Maria, y al benaventurat Sant Miquel Archangel, y al benaventurat Sant Joan Baptista, y als sants Apóstols, Sant Pere y Sant Pau, y á tots los Sants, y á vos Pare, que he pecat, en mal pensar, en mal parlar, en mal obrar, y en deixar de ben obrar, y de tots mos pecats dich á Deu ma culpa, Senyor ma culpa, mia es la gran culpa: y pertant, jo prech á la gloriosa sempre Verge Maria, y al benaventurat Sant Miquel Archangel, y al benaventurat Sant Joan

Digitized by Google

Baptista, als sants Apóstols Sant Pere y Sant Pau, y á tots los Sants, y á vos Pare, que preguéu per mí á Deu nostre Senyor. Amen.

Factá confessione, dicat Parochus:

Misereatur vestrî omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Dicat postea:

Si y ha algú, ó alguns de vosaltres, que hajáu participat ab excommunicat de excommunicació major denunciat, ó publicat, com no ho hajáu fet en menyspreu de santa mare Iglesia, per la potestat que tinch vos ne absolch, y diréu méntras lo divinal offici se celebrará, en penitencia, un *Pater noster*, y una *Ave Maria.*

Postea debet anniversaria, si fuerint, publicare, et indulgentias, litterasque vel cartellos juxta formam infra præscriptam, annuntiare, et finaliter dicere:

Los bacins de las ánimas del Purgatori, y de la obra de la Iglesia, y los demes, tindréu per encomanats, perqué de Deu alcansaréu lo premi de la bona obra.

La benedicció del Pare, y lo amor del Fill, y la gracia del Esperit Sant sie ab vosaltres, y ab mí. Amen.

Postea alia denuntiet quæ sunt denuntianda, et Catechismum doceat, vel Evangelium exponat.

Digitized by Google

EX CAPITE VI.° LIBRI III.ⁱ PARTIS I.ᵃᵉ

De ritibus et ceremoniis in Baptismo, tam masculi quam fœminæ, adhibendis.

Sacerdos Sacramentum Baptismi administraturus, super-pelliceo, et stolâ saltem indutus (parato vasecum sale, oleo catechumenorum et chrismate), ante fores Ecclesiæ modestè et reverenter stans cum ministro, patrinum (adstante sibi à sinistris matrinâ cum cereo sive candelâ accensâ), baptisandum infantem brachiis afferentem, ipsius capite super brachium dextrum reclinato, sic interroget:

Que aportáu á santa mare Iglesia, home, ó dona? *Resp. patri.*, home, ó dona. *Sacerdos:* Es batejat, ó batejada? *Resp. patrini*: sí, ó no. *Si dicant esse baptisatum, inquirat à quo, et quâ formâ, et omnia quæ sequuntur præstet, dempto quod formam Baptismi non proferat, nec infantem aquâ abluat. Si verò baptisatus non est, ulterius Sacerdos pergat, et patrinos interroget:* Com haurá nom? *Resp. patrini:* Maria, ó Pere. *Sacerd. N. N.* que demanas á la Iglesia? *Patrini*: Fe de Jesu Christ. *Sacerd.* Fe de Jesu Christ quet donará? *Patrini*: Vida perdurable. Et *Sacerd.*

Hæc est autem vita æterna, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex totâ animâ

Digitized by Google

tuâ, et ex omnibus viribus tuis, et proximum tuum sicut te ipsum.

Postea ter sufflet in faciem baptisandi in modum crucis et dicat :

Exi ab eo spiritus immunde, et da locum Spiritui Sancto paraclito, in nomine Patris ✝, et Filii ✝, et Spiritûs Sancti ✝. Amen. Ipse enim tibi imperat qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit. Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo ejus filio, et Spiritui Sancto ; ut exeas ab hoc famulo [*ó* hac famulâ] Dei, quia eum [*ó* eam], ita sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem, fontemque baptismatis dono vocare dignatus est ; ut hoc signum, sanctæ ✝ Crucis [*hìc pollice signet frontem*], quod nos in fronte ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare, per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. Amen.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri J. C., respicere digneris super hunc [hanc] famulum [am] tuum [tuam] *N.*, quem [quam] da rudimenta fidei vocare dignatus es, et omnem cæcitatem cordis ab eo [eâ] expelle ; dirumpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat colligatus [a], ut idoneus [ea] efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Digitized by Google

Hìc facit prout sèquitur benedictionem salis.

Benedic ✝ Omnipotens Deus hanc creaturam salis tuâ benedictione cœlesti, in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in virtute Spiritûs Sancti, ad effugandum inimicum, quam tu, Domine, sanctificando sancti ✝ fices, et benedicendo bene ✝ dicas; fiatque omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. Amen.

Accipiat Sacerdos de sale benedicto, et ponat in ore infantis, dicens:

N. N. N. Accipe salem sapientiæ, qui propitiatio sit tibi in vitam æternam. Amen. Pax tibi. *Respondetur*, et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus patrum nostrorum, Deus universæ auctor veritatis, te supplices exoramus, hunc famulum tuum [*ó* hanc famulam tuam], propitius respicere digneris, et hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, sed eum [*ó* eam] cibo repleas cœlesti, quatenùs sit semper tuo spiritu fervens, spe gaudens, tibi jugiter serviens; et perduc eum [*ó* eam] ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum, etc.

Hìc Sacerdos signet pollice infantem in fronte, dicens:

Signo tibi frontem ✝, ut suscipias crucem Domini.

Digitized by Google

in auribus. Signo tibi aures ✝, ut audias divina præcepta.

in oculis. Signo tibi oculos ✝, ut videas claritatem Dei.

in naribus. Signo tibi nares ✝, ut odorem suavitatis sentias.

in ore. Signo tibi os ✝, ut loquaris verba vitæ.

in pectore. Signo tibi pectus ✝, ut credas in Deum.

in scapulis. Signo tibi scapulas ✝, ut suscipias jugum servitutis ejus.

in toto corpore. Signo te totum, in nomine Patris, et Filii ✝, et Spiritûs Sancti, ut habeas vitam æternam, et vivas in sæcula sæculorum. Amen.

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi, et hunc electum tuum [ó hanc electam tuam] *N. N.*, Dominicæ Crucis impressione signatum [ó signatam], perpetuâ virtute custodi; ut agnitionis tuæ rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum, ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde Sacerdos, pollice et indice, accepto proprio sputo, tangat ei aures et nares, et tangendo utramque aurem, dexteram scilicet et sinistram, dicat:

Ephpheta, quod est adaperire, *et tangendo nares dicat:* in odorem suavitatis, *subdens:*

Digitized by Google

Tu autem effugare, diabole, appropinquavit enim Regnum Dei.

His peractis, apprehendit Sacerdos manum dexteram infantis, vel ejus vestes, et introducit eum in Ecclesiam, dicens:

N. Ingredere in Ecclesiam Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam æternam. Amen.

Hìc dicit Sacerdos ad patrinos:

Vosaltres que sou pares spirituals de aquest [*ó* aquesta] infant, sou obligats a instruhirlo [*ó* instruhirla] en la santa fe catholica, ensenyantli los articles de aquella, continguts en lo *Credo* menor, losquals quiscun christiá es tengut á saber, creurer y confessar. Y així mateix li havéu de ensenyar la Oracio Dominical. E perquant ara no es en edat de poderho saber y dir, vosaltres en persona y lloch de ell ho diréu en la manera seguent.

SYMBOLUM APOSTOLORUM.

Credo in Deum, Patrem Omnipotentem, Creatorem Cœli et Terræ, et in Jesum Christum filium ejus unicum Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu Sancto; natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus, descendit ad inferos, tertiâ die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis; indè venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Communionem, remis-

Digitized by Google

sionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam. Amen.

ORATIO DOMINICALIS.

PATER noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum; adveniat Regnum tuum; fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra; panem nostrum quotidianum da nobis hodie; et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos à malo. Amen.

Admonitio à Parocho Patrinis facienda.

Celebram, Germans [*aut aliter, pro personarum varietate*], lo Sagrament del Baptisme, que en ordre dels demes Sagraments es lo primer; y en dignitat y excellencia es gran; sens loqual ninguna persona pot alcansar salut. Son grans sos effectes; per ell som regenerats en nova vida, y ell es la porta pera tots los Sagraments. Lo Baptisme deslliura la ánima de aquells mals que son verdaderament grans mals, y enriqueixnos dels verdaders bens; perquant tot pecat [sie original, sie actual, ó per molt que sie grave y enorme], es perdonat per la virtut y eficacia de aquest Sagrament. Es tan admirable la virtut de aquesta aygua, que no tant solament lleva lo pecat, mes també la pena que per ell era deguda: la ánima resta plena de divina gracia per laqual fets justs y fills de Deu, som anomenats heréus de la vida eterna. A tots estos bens se ajusta lo ornament de las virtuts que entran accompanyant á la gracia, ab ques vesteix, y atavia la ánima, y se uneix

Digitized by Google

e incorpora ab Christo nostre Senyor, restant nosaltres per lo Baptisme fets membres y part del cos místich de la Iglesia, y causa una promptitut y habilitat gran pera cumplir totas las obras de la vida christiana. Imprimeix també en la ánima un senyal ab loqual restam senyalats per ovellas del remat de Christo, loqual com ab ninguna força humana puga ser borrat ; causa tal effecte, que rebut una vegada lo Sagrament del Baptisme, nos puga, nis dega reiterar. Finalment nos obra lo Baptisme la porta del cel, que per lo pecat nos era tancada : estos fruyts y effectes del Baptisme havem assí declarats, peraqué tots entengam ab quanta devoció, y puresa se ha de rébrer aquest Sagrament, y peraqué tenint sempre en la memoria la professió que en ella havem feta, coneguem y estimem lo benefici y misericordia de Deu, en havernos volgut admetrer á la sua santa fe, y á la font del Baptisme, sens merits alguns nostres, sinó per la sua infinita bondat, y benignitat, á laqual sie donada honra y gloria, in *sæcula sæculorum. Amen.*

Expolietur infans, ita ut teneat caput discoopertum, pectus et scapulas : et patrinus portet eum ad fontem Baptismi, Sacerdosque apprehensâ infantis dexterâ, vocans eum proprio nomine, dicat :

N. Abrenuntias Satanæ? *Patrini respondent :* Abrenuntio. *Sacerdos* : et omnibus pompis ejus? *Respond. patrini* : Abrenuntio. *Sacerd.* : Et omnibus operibus ejus? *Resp. patr.* : Abrenuntio.

Hìc Sacerdos liniat infantem cum pollice

Digitized by Google

Oleo sancto in modum cru ✝ *cis in pectore, et inter scapulas, vocando eum, et dicens:*

N. Ego te linio Oleo salutis in Christo Jesu Domino, ut habeas vitam æternam. Amen.

Et statim tergat gossipio, vel stupá, oleum quo fuit infans linitus, et postea apprehensá ejus manu dextrá, eum proprio nomine vocans, dicat:

N. Credis in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem cœli et terræ? *Patrini*: Credo. *Sacerdos*: Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum et passum? *Patrini*: Credo. *Sacerdos*: Credis et in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam; Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam æternam? *Patrini*: Credo.

Sacerdos interroget baptisandum, vocans eum proprio nomine:

N. Vis baptisari? *Patrini*: Volo.

Et tunc Patrini, et etiam Sacerdos tangant baptisandum, donec fuerit baptisatus. Et Sacerdos assumens aquam de sacro fonte cum vasculo, infundendo super baptisandum, vocando eum nomine suo, baptiset illum, dicens:

N. Ego te baptiso in nomine Patris, et Filii, et Spiritûs Sancti. Amen.

Deinde dicit: Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Si post exactam diligentiam adhibitam, ad-

Digitized by Google

huc dubitetur an aliquis sit rectè baptisatus, baptisetur sub hâc formâ :

Si non es baptisatus, ego te baptiso, in nomine Patris, et Filii, et Spiritûs Sancti. Amen.

Quo facto, Sacerdos liniat puerum Chrismate in vertice capitis, super cerebrum in modum crucis ✝, *dicens :*

Deus Omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aquâ et Spiritu Sancto ; quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te liniat Chrismate salutis in Christo Jesu Domino nostro, in vitam æternam. Amen.

Hìc abstergat Sacerdos infantis verticem gossipio, sive stupâ quæ postea comburenda est intra baptisterium ; statim operiat caput baptisati albâ veste, sive capitio, et repetito ejus nomine, dicat :

N. Accipe vestem candidam, et immaculatam quam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam. Amen.

Deinde ponat cereum accensum in manu dexterâ baptisati, dicens :

In no ✝ mine Patris, et Filii, et Spiritûs Sancti. Amen.

N. Accipe lampadem ardentem ; serves eam inextinctam, ut, cùm venerit Dominus ad nuptias, possis ei occurrere obviam, cum omnibus Sanctis in aulâ cœlesti, ut habeas vitam æternam. Amen.

Hìc induitur infans, et interim Sacerdos

Digitized by Google

super fontem lavat manus, et statim offerunt patrinus, matrina et infans, et unicuique dicit Sacerdos:

Centuplum accipias, et vitam æternam possideas in Regno Dei. Amen.

Postea Sacerdos patrinos ita alloquitur linguá vulgari:

Germans, á vostre carrech y offici pertany tenir tota la vida per encomanat [ada] aquest fill vostre [ó aquesta filla vostra] espiritual, y procurarli ab diligencia tot lo que convé pera instruhirlo [ó instruhirla] en la vida espiritual, peraqué en ella se aporte de la manera que per ell [ó ella] havéu promes en aquest sant y solemne acte; havéulo [ó havéula] també de exhortar que guarde castedat, ame á la justicia, tinga caritat; y principalment que sapia la oració del *Pater noster*, y lo *Credo* del Apóstols, y lo demes de la doctrina christiana. Esta mateixa obligació tenen sos pares naturals als quals de part mia lo notificaréu; y tambels diréu ques guarden de tenir en llit que altra persona dorme est infant de tot lo primer any, perqué es prohibit, y pena de excommunicació imposada contra los qui tal fan. Y siau advertits que ab aquest batejat [ó aquesta batejada], y ab son pare y mare teníu fet parentíu espiritual, en tal manera que entre ells y vosaltres no y pot haver llegítim matrimoni, pregáu donchs al Senyor quel fassa bon christiá [ó que la fassa bona christiana]. *Respond.* Amen.

EX

Digitized by Google

EX CAPITE IX.

De modo baptisandi eum qui de vitâ periclitatur, sive infans, sive adultus sit.

Si vocatus ad baptisandum eum qui de vitâ periclitatur, invenerit eum jam agonisantem, proferat statim formam Baptismi : Ego te baptiso in nomine Patris, et Filii, et Spiritûs Sancti. Amen, *simul effundendo aquam super caput ejus, non expectatis patrinis, nec servatis aliis ceremoniis. Si verò non tantùm urget necessitas nullatenus domi baptisetur, sed deferatur ad Ecclesiam, et Sacerdos* [*nisi timeat eum statim moriturum, tunc enim debet statim formam baptismi proferre ut modò dicebamus*], *designabit patrinum qui teneat puerum pannis involutum, solo capite detecto, et interroget patrinum :*

Que aportáu á santa mare Iglesia, home ó dona? *Respond. Patrini*: home ó dona. *Sacerd.* Es estat batejat ó batejada? *Patrini* : no. *Sacerdos* : com haurá nom? *Patrini*: *N. N. Sacerdos* : *N. N.* credis in unum Deum, Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum? *Patrini* : credo. *Sacerd.* Credis omnia quæ sancta mater Ecclesia catholica credit? *Patrini* : credo. *Sacerdos* : *N. N.* vis baptisari? *Patrini* : volo. *Sacerdos*: *N.* Ego te baptiso in nomine Patris, et Filii, et Spiritûs Sancti. Amen, *simul effundendo aquam, ut supra.*

Digitized by Google

Quod si his peractis adhuc baptisatus vivat, debet Sacerdos ulteriùs pergere, et omnia præstare quæ Capit. VI. sunt tradita de ritibus et ceremoniis adhibendis ad Baptismum, omissá formá Baptismi et ablutione aquæ; unde interrogabit Patrinum:

Com ha nom? *Patrini*: *N. N. Sacerdos*: *N.* que demanas á la Iglesia? *Patrini*: fe de Jesu Christ. *Sacerdos*: fe de Jesu Christ quet donarà? *Patrini*: vida perdurable. *Sacerd. N.* Hæc est autem vita æterna, etc., *ut supra, pag. 7.*

EX CAPITE III.° LIBRI IV EJUSDEM PARTIS.

De Ritibus et Ceremoniis ad Eucharistiam administrandam infirmis laïcis.

Præmonebit Parochus ut ægrotantis, ad quem defertur Corpus Christi, cubiculum, ab omni sorde, et inquinamento purgetur, et ubi potest, mensa consternatur mappá nitidá cum luminaribus et vase vitreo ad ablutionis usum: præcipiet quoque ut, tempore communionis, in manibus candelam accensam teneat infirmus. Quibus actis, certis campanæ percussionibus more solito populum, ut comitetur Corpus Christi, convocabit, et mox intortitiis vel luminaribus accensis, et baldachino, seu pallio parato, lotis manibus, indutus super-pelliceo, stolá et pluviali oblongo, seu brevi, et acce-

Digitized by Google

dens ante altare, genua flectet, et aperto sacrario accipiet custodiam, in qua duas hostias, aut plures, juxta numerum infirmorum qui sunt communicaturi collocabit, aliá semper in sacrario remanente, ut ab ingredientibus adoretur. Teget custodiam velo serico, et egrediens ab altari, sacrum Christi Corpus ad pectus elevatum, utráque manu deferat, aliis Sacerdotibus [*si adsint*], *indutis super-pelliceis, et laïcis accensis cereis devotè hoc ordine incedentibus : præcedat deferens crucem et campanulam quam sæpe sæpius pulset tribus ictibus : sequatur deinde minister unus cum aquâ benedictá et aspersorio, et alter cum cereo intra lanternam accenso, ne ventorum vi, præsertim per hyemem extinguatur. Succedant Sacerdotes bini, à quibus, ubi fieri poterit, sin minùs à laïcis deferatur umbella* [*quam pallium vocamus*], *sub qua incedat Sacerdos, sacrosanctum Christi Corpus deferens, quem sequuntur alii viri et mulieres : versus igitur Sacerdos ad populum, et ab altari egressurus, incipiat dicere, mediocri voce, Psalm. 5o* Miserere meî, Deus, etc., *quem prosequantur alii Sacerdotes, vel minister alternatim : quo finito dicatur canticum graduum*, Ad Dominum cùm tribularer clamavi, *et sequentes psalmi feriæ 2, ad Vesperas, donec perveniatur ad domum infirmi, in cujus ingressu dicat Psalmum* Deus misereatur nostrî, etc. : *ad ingressum verò cubiculi ægroti, dicat :*

Pax huic domui, ℟. Et omnibus habitantibus et convenientibus in ea. Signum salutis pone, Domine, in domibus istis.

Digitized by Google

Quo dicto, accipit aspersorium, et aspergit aquâ benedictâ infirmum, et omnes adstantes, dicens:

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me et super nivem dealbabor. ℣. Miserere meî, Deus, secundùm magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto. ℟. Sicut erat in principio et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. *Et repetitur antiphona*, Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

EXAUDI nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, et mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea dicat: Devot christiá [na], nostre Senyor Deu Jesu Christ vos ve á visitar, suplicáulo que per sa misericordia vos done salut á la ánima, y la que convé al cos pera mes gloria de sa divina majestat; y pera que mes dignament lo pugáu rébrer, devéu tenir la consciencia neta de tot pecat. Per tant miráu sius recorda alguna cosa que confessar.

Et si dixerit aliquid habere, audiat et absolvat; sin minùs, dictâ per infirmum, vel per alium confessione generali, scilicet:

Digitized by Google

Jo pecador me confesso á Deu, etc., *ut supra, pag.* 5.

Sacerdos admoneat adstantes ut pro eo orent dicentes semel orationem Dominicam: ipse verò dicat: Misereatur tuî, etc.; indulgentiam, absolutionem, etc., *et postea:*

Devot christiá [na] convé que confesséu la fe que professáreu en lo sant Baptisme, y quem respongáu á las demandas que jous faré:

Sacerdos. Creyéu en Deu Pare tot poderos, Criador del Cel y de la Terra, de las cosas visibles, é invisibles? ℟. Sí Pare. *Sacerdos:* Creyéu en Jesu Christ, Fill seu unigénit? ℟. Sí Pare. *Sacerd.* Creyéu en lo Esperit Sant? ℟. Sí Pare. *Sacerd.* Creyéu que lo Pare, y lo Fill, y lo Esperit Sant son tres pérsonas, y un sol Deu verdader? ℟. Sí Pare. *Sacerd.* Creyéu que Nostre Senyor Jesu Christ en quant home fonch concebut per obra del Esperit sant, y nasqué de la Verge Maria, restant ella Verge ans del part, y en lo part, y despres del part? ℟. Sí Pare. *Sacerd.* Creyéu que patí, y fonch crucificat, y morí per salvar los pecadors en lo arbre de la vera Creu, la semblansa de la qual tinch en las mias mans, creyéuho vos així? ℟. Sí Pare. *Sacerd.* Creyéu que fonch sepultat, y devallá als inferns de hont tragué las ánimas dels Sants Pares, qui estaban esperant lo seu sant adveniment? ℟. Sí Pare. *Sacerd.* Creyéu que al tercer die ressuscitá de entre los morts, y sen pujá als Cels, y está assentat á la dreta de Deu lo Pare tot poderos, y de allí ha de venir á la fi del mon á judicar los vius y los morts? ℟. Sí

Digitized by Google

Pare. *Sacerd.* Creyéu que tots havem de ressuscitar ab nostres propris cossos, pera que cadahú rebe premi, ó cástich, conforme á sas obras? ℟. Sí Pare. *Sacerd.* En regoneixensa de aqueixa fe adoráu aquesta Creu; ab la major devoció que poréu, dient:

Et tradens infirmo adorandam dicit cum eo:

Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi; quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Postea Sacerdos antequàm extrahat è custodia Sacramentum, dicit:

Devot [a] christiá [na], Nostre Senyor Jesu Christ per donarnos exêmple, perdoná á la sua mort; perçó vos, encara que en la vostra confessió hajáu perdonat y remesas vostras injurias, no obstant ara perdonáu de bon cor als quius han offes: y aixi mateix demanáu perdó als qui haveu injuriat, demanantlo als presents per los absents, dient: Senyors, per amor de Deu perdonáume, y pregáu á Deu que hage misericordia de mí. *Resp.* Deu vos perdone.

Hìc Sacerdos extrahat à custodia Corpus Christi, cum magna reverentia, elevetque ut infirmus illud adoret. Et breviter secundùm personæ et temporis qualitatem excitet infirmi fidem, et devotionem ad suscipiendum verum Corpus Domini Jesu Christi Salvatoris nostri; regulariter autem sic dicet:

Devot [a] christiá [na] Veus assí lo santíssim Cos de Jesu Christ Salvador y Redemptor nostre, tan alt, y tant poderos com está en los

Digitized by Google

Cels : no tant solament lo debéu mirar , y contemplar ab los ulls corporals , mes encara ab los ulls interiors , y espirituals de la ánima ; creyent be , y fermament que aquest es verdader Cos de Jesu Christ. Creyéuho vos aixi ? *Resp.* Sí Pare. *Sacerd.* Mes debéu fermament créurer , que com en la Missa lo Sacerdot , en persona de Jesu Christ ha pronunciadas sobre la hostia , ó hostias , aquellas sagradas paraulas que digué lo Redemptor nostre , lo dijous sant de la Cena , instituhint aquest santíssim Sagrament , lo pa material per virtud divina es transubstanciat en verdader Cos de Jesu Christ : Creyéuho vos aixi ? *Resp.* Sí Pare. *Sacerdos* : Creyéu que sie via de salvació als qui dignament lo rében ? *Resp.* Sí Pare. *Sacerd.* Puix ab aquesta fe , y creensa jol vos communicaré ; y diréu aixi devotament : Senyor , jo no so digne que vos entréu dins lo meu cubert , mes tant solament digáuho de paraula , y será feta sana la mia ánima. En las vostras mans encomano la mia ánima , y lo meu cos ; á vós Senyor , la encomano qui me havéu redimit , y sou Deu de veritat.

Deinde Sacerdos faciat signum crucis super pyxidem cum Sacramento , et porrigens infirmo , dicat :

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.

Postea abstergat digitos intra pyxidem , diligenter advertens ne in eis remaneat aliqua particula quantumvis minima , et cooperiat. Deinde abluat digitos vino aut aquá ; non

Digitized by Google

tamen in calice consecrato [*nisi qui communicat sit Sacerdos*], *sed in alio vase vitreo, ibidem, ut diximus, præparato, et det infirmo ablutionem nihil dicens. Peractá communione, Sacerdos dicat:*

℣. Domine, exaudi orationem meam, ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur; ut accipienti fratri nostro [*vel* sorori nostræ] sacrosanctum Corpus Domini nostri Jesu Christi, Filii tui, tàm corporis, quàm animæ prosit ad remedium sempiternum. Amen.

Si autem infirmus non potuerit recipere Sacramentum propter vomitum, vel aliquod aliud impedimentum quod supervenit, postquam fuit extractum ab Ecclesiâ, dicat:

Senyor, jò no so digne, etc. *Ostendat ei Sacramentum adorandum, non tamen ad labia admoveat, et dicat cum infirmo:*

Adoro te, Corpus Salvatoris mei JesuChristi, et benedico tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Domine, redime animam meam.

Communione seu adoratione factá, porrigat infirmo extremitatem stolæ, quam osculatur, et offert candelam accensam, quam tenet in manu, et dicit Sacerdos:

Oferíu lo cos y la ánima á nostre Senyor,

Digitized by Google

Deu Jesu Christ. *Et dum deosculatur infirmus stolam, dicit Sacerdos:* Oblatio tua accepta sit Deo. Amen.

Demum suavibus verbis admoneat infirmum, ut patienter ferat infirmitatem, et ut petat, si opus fuerit, Sacramentum Extremæ-Unctionis, dicens:

Devot [a] christiá [na], feu gracias á nostre Senyor Deu, quius ha feta tanta mercé que havéu confessats vostres pecats, y havéu tinguda absolució, y rebut lo precios Cos de Jesu, Christ, Salvador nostre: suplicáulo humilment sie en remissió de vostres pecats, y á salvació de la vostra ánima. Teníu paciencia en los treballs, en que estáu posat, conformantvos á la voluntat divina. Voléu, si menester será, que lo Sagrament de la Extrema-Uncció vos sie donat, segons la santa Iglesia acostuma donarlo als faels christians, y si acas vos nol podíeu demanar los circunstants lo demanen per vos? *Resp.* Sí Pare. *Sacerd.* Jo vol concedesch com á Ministre de Deu: teníulo en molta devoció.

His peractis revertantur ad Ecclesiam eo ordine quo venerant, et egredientes de camera infirmi, dicant: Nunc dimittis, etc., *et postea Symbolum sancti Athanasii:* Quicumque vult salvus esse, etc.: *quo finito, si adhuc ad Ecclesiam non devenitur, dicitur Psalm.* Ad Dominum cùm tribularer, *cum reliquis feriæ 2 ad Vesperas, prout tempus exposcit. In ingressu Ecclesiæ dicitur antiphona,* Sancta Maria, succurre miseris, etc., *cum oratione* Concede nos famulos, *et statim fit commemo-*

Digitized by Google

ratio de Patrono Ecclesiæ, cum antiphona et versiculo. Cùm autem perventum fuerit coram altari, vertat se Sacerdos ad populum, stans in cornu Evangelii, et dicat:

Devots christians y christianas, tots los qui havéu acompanyat lo santíssim Sagrament, qui es lo verdader Cos de nostre Senyor Jesu Christ, havéu cumplida una obra de misericordia, visitant aquest malalt, y així mateix havéu guanyats molts perdons, é indulgencias atorgadas per molts Prelats de santa mare Iglesia. Y los qui havéu aportat llum las havéu guanyadas doblas. Placia á nostre Senyor Deu, que estas y moltas altras ne pugáu guanyar á llahor y gloria sua, y á salvació de las vostras ánimas. Per charitat vos placia dir la oració del *Pater noster*, ab la *Ave Maria*, per la salut de aquest bon christiá [na], perqué trobéu qui tal fassa per vosaltres, quant menester sie.

Postea, elevato Sacramenti vasculo, dans benedictionem facit signum crucis super adstantes, et reponit Sacramentum in sacrario, et genuflectit priusquam claudat, ut supra.

EX CAPITE IV.°

De ritibus et ceremoniis ad Eucharistiam administrandam Sacerdotibus, Diaconis, et Subdiaconis infirmis.

Subdiaconus, Diaconus et Sacerdos infirmus, Eucharistiæ Sacramentum sumpturus,

Digitized by Google

præparetur super-pelliceo, et isti duo stolá etiam induantur, in reliquis idem ritus qui in communione Laïcorum infirmorum, servetur; dictá tamen oratione, Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, etc., *dicit Sacerdos:*

Reverent Pare, nostre Senyor Deu Jesu Christ lo vé á visitar, supliquelo que per sa misericordia lí done salut á la ánima, y la que convé al cos, pera mes gloria de sa divina majestat; y pera que mes dignament lo puga rébrer, ja sab que ha de tenir la consciencia molt neta de tot pecat; per tant si té alguna cosa que confessar, dígaho.

Si dixerit aliquid habere, audiat et absolvat, sin minùs, dictâ per eum vel alium confessione generali, latino sermone, scilicet. Confiteor Deo omnipotenti, etc. *Sacerdos admoneat adstantes ut pro eo orent, ipse verò dicat:* Misereatur tuî, etc.; Indulgentiam, etc.; *et postea:*

Reverent Pare, nostre Senyor Jesu Christ per donarnos exêmple perdoná la sua mort, perçó, etc., *ut supra; et accipiens Sacramentum, ostendit illud infirmo, qui majori quâ poterit devotione et humilitate, dicat ter:* Domine, non sum dignus, etc.: *reliqua ut in aliis.*

Digitized by Google

EX CAPITE V.°

De ritu deferendi Eucharistiam infirmis, tempore interdicti, Feria V ac VI majoris hebdomadæ, et Sabbato Sancto.

TEMPORE interdicti, et feria V ac VI majoris hebdomadæ, et Sabbato Sancto, ante Missam Eucharistia defertur ad infirmos ut in alio tempore, excepto quod Sacerdos inter eundum et redeundum dicit Psalm. 5o Miserere meî, etc., *voce submissá, neque campanæ percussionibus more solito populus convocatur, sed tantùm pulsatur tintinnabulum per viam, semel aut bis in unoquoque vico.*

EX CAPITE II.° LIBRI VI.ⁱ EJUSDEM PARTIS.

De ritibus et ceremoniis ad Sacramentum Extremæ-Unctionis adhibendis.

SACERDOS hoc Sacramentum administraturus, omnibus iis quæ mox supra præscripta sunt, rectè animadversis, ut Parochiæ suæ fideles excitet ad orandum pro infirmo, et convocet suæ parochiæ Sacerdotes alios, Clericosve, quorum ministerio in administratione utetur,

Digitized by Google

campanæ signum statim dandum curabit, quod à signo Communionis distinguatur. Mox verò indutus super-pelliceo, et stolâ violacei coloris, procedat cum ministris, et præsbyteris [si adsint], cum luminę, cruce et aspersorio; ipse verò ferat in manibus vas olei infirmorum, alternatim dicendo Psalmos Pœnitentiales, prout sequitur.

Antiphona. Ne reminiscaris.

DOMINE, ne in furore tuo arguas me : neque in irâ tuâ corripias me.

Miserere meî, Domine, quoniam infirmus sum : sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè : sed tu, Domine, usquequò ?

Convertere, Domine, et eripe animam meam : salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tuî : in inferno autem quis confitebitur tibi ?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum : lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus : inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem : quoniam exaudivit Dominus vocem fletûs mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam : Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur vehementer om-

Digitized by Google

nes inimici mei : convertantur et erubescant valde velociter.

Gloria Patri, etc.

Beati quorum remissæ sunt iniquitates : et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum : nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui inveteraverunt ossa mea : dum clamarem totâ die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua : conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci : et injustitiam meam non abscondi.

Dixi, confitebor adversùm me injustitiam meam Domino : et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus : in tempore opportuno.

Veruntamen in diluvio aquarum multarum : ad eum non aproximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me : exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac quâ gradieris : firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus : quibus non est intellectus.

In chamo et fræno maxillas eorum constringe : qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris : sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Digitized by Google

Lætamini in Domino et exultate justi : et gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri, etc.

Domine, ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea, à facie iræ tuæ : non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum : et sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ : à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum et curvatus sum usque in finem : totâ die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus : et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum et humiliatus sum nimis : rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium : et gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, et lumen oculorum meorum : et ipsum non est mecum.

Amici mei et proximi mei : adversùm me appropinquaverunt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longè steterunt : et vim faciebant qui quærebant animàm meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates : et dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam : et sicut mutus non aperiens os suum.

Digitized by Google

Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te, Domine, speravi: tu exaudies me, Domine, Deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine, Deus meus: ne discesseris à me.

Intende in adjutorium meum: Domine, Deus salutis meæ.

Gloria Patri, etc.

MISERERE meî, Deus: secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: et à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cùm judicaris.

Ecce

Digitized by Google

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis : et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tuâ : et Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui : et Spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ : et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies : et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique : holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benignè fac, Domine, in bona voluntate tua Sion : ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes et holocausta : tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, etc.

Digitized by Google

DOMINE, exaudi orationem meam : et clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à me : in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te : velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei : et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum : quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitûs mei : adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum sicut pellicano solitudinis : factus sum sicut nicticorax in domicilio.

Vigilavi : et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Totâ die exprobrabant mihi inimici mei : et qui laudabant me, adversùm me jurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam : et potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ et indignationis tuæ : quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt : et ego sicut fœnum arui.

Tu autem, Domine, in æternum permanes : et memoriale tuum in generationem et generationem.

Tu exurgens misereberis Sion : quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus : et terræ ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum, Domine : et omnes reges terræ gloriam tuam.

Digitized by Google

Quia ædificavit Dominus Sion: et videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium: et non sprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cœlo in terram aspexit.

Ut audiret gemitus compeditorum: ut solveret filios interemptorum.

Ut annuntient in Sion nomen Domini: et laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum: et reges ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum: in generationem et generationem anni tui.

Initio tu, Domine, terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Filii servorúm tuorum habitabunt: et semen eorum iu sæculum dirigetur.

Gloria Patri, etc.

De profundis clamavi ad te, Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Digitized by Google

Si iniquitates observaberis, Domine : Domine quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël : ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, etc.

DOMINE, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua : exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo : quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam : humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi : et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis : in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Domine : defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me : et similis ero descendentibus in lacum.

Digitized by Google

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam : quia in te speravi.

Notam fac mihi viam in qua ambulem : quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi : doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam : et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam : quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri, etc.

Antiphona. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Cùm pervenerit ad locum ubi jacet ægrotus, dicat Sacerdos :

Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea : pax ingredientibus et egredientibus.

℣. Benedic, Domine, domum istam. ℟. Amen.

Et tunc aspergat ægrotum, et circumstantes aquâ benedictâ, dicens :

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor ; lavabis me, et super nivem dealbabor.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Digitized by Google

OREMUS.

EXAUDI nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc Sacerdos gravi et prudenti oratione explicet res et effectus hujus Sacramenti, si infirmus audire possit, habitá temporis et ægritudinis ratione; neque enim semper opus est hanc admonitionem ad longum recitare.

Admonitio ex Catechismo Romano, vulgari sermone.

Devot christiá [ó devota christiana], lo conformarse ab la voluntat divina es á tots consell molt saludable, y á vos ara, germa meu [ó germana mia], es cosa necessaria; perqué estant, com estáu oprimit [da] y agravat [da], de aquesta gran malaltía perillosa, per la divina benignitat alcanséu salut, primerament en la ánima, y despres en lo cos, si aquella ha de ser útil per la ánima. Aquesta vida rebem, y possehim prestada, y així quant nos es demanada, la havem de tornar de bona gana. Y si es arribada la hora, en que havéu de pagar aquest débit, habéu de alegrarvos, perqué exíu dels treballs, y miserias de la humana vida, y que juntament ab la cárrega del cos vos des-

Digitized by Google

pedíu de la mes pesada, que es lo costum de pecar. Passaréu de aquesta vida socorregut [da] y afavorit [da] ab la virtut, y efficacia dels Sagraments, lo que havéu de estimar per grandíssima mercé; perqué quantas vegadas los havéu rebuts, tantas sou estat [da] ungit [da] y adornat [da] ab la Sanch de Christo nostre Senyor: per tant confiáu que aniréu en Paradis, ab tanta seguretat, quanta la humana flaquesa pot alcansar. Los Angels vos conexerán, eixir vos han á rébrer los benaventurats, abraçar vos ha la sagratíssima Verge Santa María, y aportar vos ha al seu preciosíssim Fill, puix estáu senyalat [da] del seu senyal. Ab la uncció de aquest Oli sant se augmenta la gracia, los pecats venials son perdonats, las malaltías de la ánima, y reliquias del pecat son curadas, la ánima resta plena de alegría, que es significada per aquest Oli sagrat. Untanse las mes principals parts del cos, perqué las offensas causadas per lo vici dels sentiments, y parts corporals, resten curadas ab aquesta divina medicina, ab majors forsas ix la ánima pera pelear ab lo dimoni, y escaparse de sos llassos: perqué sempre posa mes aguayts en lo remato de la vida. Y per ventura plaurá á Nostre Senyor deslluirarvos de aquesta malaltía, y així será, si es convenient per la salut de vostra ánima. Perqué esta virtut en particular es atribuhida á aquest sant Sagrament, com ho escrigué lo sagrat Apóstol Sant Jaume. Emperó ni se ha de tenir gran confiansa, ni desmasiat desitg de la vida present, per no desmayar en alguna part de la ansia y desitg que se

Digitized by Google

ha de tenir de la vida de la ánima. Ni tampoch havéu de estar desconfiat [da] de la salut, per no mostrar fer poca estima de la gracia de aquest últim Sagrament. Havéu també de estar pera ser ungit [da] de aquella fe que tenian los qui pera rébrer salut, se acostaban als Apóstols. Y no duptéu que las santas oracions ab que invocam la divina misericordia, en la forma de la Iglesia, y en persona de Christo nostre Senyor deixe de ohir la sua divina Magestat, puix ninguna cosa vol mes que la salut dels christians. A ell sie donada la honra, y la gloria, *in sæcula sæculorum, Amen.*

Et statim ab ægroto percontetur Sacerdos an aliquid habeat, recordeturve, quod confiteri velit; et si nihil quidquam habeat, ei dicat:

Perqué mes dignament pugáu rébrer aquest sant Sagrament, faréu la confessió general, dient així: Jo pecador, etc.

Et si infirmus per se non potest confessionem recitare, dicat eam alius pro eo.

Quá finitá, dicat Sacerdos:

Misereatur tuî, etc. Indulgentiam, etc.

Postea absolvat eum à Censuris, et concedat illi indulgentias, modo sequenti.

DOMINUS noster Jesus Christus te absolvat, et ego, auctoritate ipsius, te absolvo (in quantum possum), ab omni vinculo excommunicationis majoris aut minoris (suspensionis) vel interdicti, si fortè incurristi, et concedo tibi in-

Digitized by Google

dulgentiam, quam possum virtute bullarum, et privilegiorum tuorum. Si verò præsens mortis periculum (Deo favente) evaseris, sit tibi hujusmodi indulgentia reservata pro vero articulo mortis tuæ.

℣. Salvum [am] fac servum [ancillam] tuum [am], Domine. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo [ea]. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Deus, qui per beatum Apostolum tuum Jacobum dixisti: infirmatur quis in vobis? inducat Præsbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum Oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, dimittentur ei; cura, quæsumus, Redemptor noster, gratiâ Sancti Spiritûs, langores istius infirmi, [æ]; sana vulnera, ejusque remitte peccata, atque dolores cunctos cordis et corporis ab eo [ea] expelle, plenamque ei interiùs exteriùsque sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiæ tuæ restitutus [a] et sanatus [a], ad pristina pietatis reparetur officia. Qui vivis, etc.

Si adsint Præsbyteri, prosequantur Psalmos pœnitentiales in Ecclesia inceptos, usque ad Litaniam, et Sacerdos benedicat infirmum, absolutè, dicens :

In nomine Pa ✝ tris, et Fi ✝ lii, et Spiri-

Digitized by Google

tûs ✝ Sancti : extinguatur in te omnis virtus diaboli, per impositionem manuum nostrarum [*manum imponat super infirmum*]; imò per invocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum.
℟. Amen.

Post hoc, intincto pollice in Oleo infirmorum, faciat de ipso signum crucis in partibus corporis ægroti subscriptis, et ubi unamquamque partem unxit, ipsemet, aut Sacerdos alius, si adest, aut clericus sacris initiatus, partem inunctam continuò tergit gossypio, vel stupâ, quæ in vase mundo ponitur ad eum usum parato, quod secum ad Ecclesiam defertur, aut ibi comburitur, cineres verò projiciuntur in sacrarium.

Ad oculos, primò dextrum deinde sinistrum.

Per istam sanctam unctionem ✝, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per visum.
℟. Amen.

Ad aures.

Per istam sanctam unctionem ✝, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per auditum.
℟. Amen.

Ad os, labiis compressis.

Per istam sanctam unctionem ✝, et suam

Digitized by Google

piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per gustum.

℟. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam unctionem ✝, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per odoratum.

℟. Amen.

Ad palmas manûs sive infirmus laïcus, sive Sacerdos sit.

Per istam sanctam unctionem ✝, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per tactum manuum.

℟. Amen.

Ad pedes, in plantis.

Per istam sanctam unctionem ✝, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per incessum pedum.

℟. Amen.

Ad pectus.

Per istam sanctam unctionem ✝, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per pravas cogitationes cordis.

℟. Amen.

Postea Sacerdos digitum pollicem quo unxit, micâ panis bene fricat, et aquâ abluit in vase supra dicto, et manutergio abstergit: ablutionis verò aquam cum micis refert in Sa-

Digitized by Google

crarium, ubi fieri poterit, sin minùs in ignem conjici curabit. His finitis, et septem Psalmis à circumstantibus recitatis, Sacerdos Sacramenti minister, prosequitur, dicens:

KYRIE, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere.
Spiritus Sancte Deus, miserere.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere.
Sancte Sanctorum Deus, miserere.
Sancta Maria, ora pro eo [ea].
Sancta Dei Genitrix. ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes sancti Angeli et Archangeli Dei, orate.
Sancte Joannes Baptista, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriarchæ et Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Joannes, ora.
Omnes sancti Apostoli et Evangelistæ, orate.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate.
Omnes sancti innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.

Digitized by Google

Sancte Laurenti, ora pro eo [ea].
Sancte Sebastiane, ora.
Sancti Cosma et Damiane, orate.
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Sylvester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Hyeronime, ora.
Omnes sancti Confessores, orate.
Sancta Eulalia, ora.
Sancta Julia, ora.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Omnes sanctæ Virgines, orate.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, orate.
Propitius esto, parce ei, Domine.
Ab insidiis diaboli, libera eum [am], Domine.
A morte secunda, libera.
A consortio spirituum malignorum. libera.
A gehenna ignis, libera.
Ab omni malo, libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, lib.
Per sanctam Nativitatem tuam, libera.
Per Passionem et sanctam Crucem tuam, lib.
Per gloriosam Resurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem Ascensionem tuam, libera.
Per gratiam Spiritûs sancti Paracleti, libera.
In die judicii, libera.
Peccatores, te rogamus, audi nos.
Ut omnes Sancti intercedant pro eo [a], te rog.
Ut ei indulgeas, te rog.
Ut gratiam tuam ei concedas, te rog.
Ut locum refrigerii ei dones, te rog.
Ut vitam æternam ei largiri digneris te rog.

Digitized by Google

Fili Dei, te rogamus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere ei, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce ei, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona ei pacem.

Kyrie, eleison.

Christe, eleison.

Kyrie, eleison.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Salvum [am] fac servum tuum [ancillam tuam], Domine. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuere eum [am]. ℣. Esto ei, Domine, turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo [ea]. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Unximus, Domine, præsentem infirmum [am] in tuo salutifero nomine, Oleo sanctificato, misericordiam tuam obsecrantes, ut fugatis incommoditatibus corporis et animæ, recuperetur in eo [ea] virtus: quatenùs per hujus operationis mysterium, et sacrati Olei unctionem, ac nostræ humilitatis deprecationem, tui sancti Spiritûs virtute medicatus [a] integram corporis, et animæ mereatur percipere sanitatem,

Digitized by Google

te præstante. Qui vivis et regnas, Deus. Per omnia sæcula sæculorum, etc.

OREMUS.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam, ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis, ad invocationem tui nominis benignus assiste, ut famulum [am] tuum [am] ab ægritudine liberatum [am], et sanitati donatum [am] dextrâ tuâ erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ, sanctisque altaribus tuis, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum, etc.

OREMUS.

Dominus Jesus Christus apud te sit, ut te defendat; intrà te sit, ut te reficiat; circa te sit, ut te conservet; ante te sit, ut te ducat; post te sit, ut te custodiat; super te sit, ut te benedicat. Qui in Trinitate perfecta vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sequentia sancti Evangelii, secundùm Marcum. ℟. Gloria tibi, Domine.

In illo tempore, recumbentibus undecim Discipulis, apparuit illis Jesus, et exprobravit incredulitatem illorum, et duritiam cordis, quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non cre-

Digitized by Google

diderunt, et dixit eis : Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit et baptisatus fuerit, salvus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia ejicient; linguis loquentur novis; serpentes tollent; et si mortiferum quidquid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent (*hœc dicens, Parochus et omnes Sacerdotes qui adsunt, imponant manum super infirmum, et prosequatur Parochus, dicens*), et bene habebunt. Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in Cœlum, et sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.

Per Evangelii verbum possideas cœleste regnum. Amen. *Dicat postea :*

Devot [a] christiá [na], feu gracias á Deu omnipotent, queus ha donat temps, y disposició pera rébrer lo Sagrament de la Extrema-Uncció. Conformáu la vostra voluntat ab la de Deu, y ajudat [da] ab la gracia de est Sagrament, y de la intercessió de la Mare de Deu, y del vostre Angel custodi, y de tots los Sants, resistíu varonilment á las tentacions del enemich, posant tota vostra confiansa, y amor en nostre Senyor Jesu Christ, queus amá tant, ques posá en esta Creu [*et tunc ostendat Crucem*], pera redimirvos, adoráula moltas vegadas, y confiáu en la sua misericordia, que puix doná la sua vida per amor de vos, vos donará

Digitized by Google

donará la sua gracia, y la sua gloria: plácia-li ferho, com pot, yus tinga de la sua ma. ℟. Amen.

Fiat offertorium dicendo:

Oferíu la ánima y lo cos á nostre Senyor Deu. *Centuplum accipias, et vitam æternam possideas. Amen.*

Benedictio Dei + omnipotentis, Patris, et Filii, et Spiritûs Sancti descendat super te, et maneat semper. ℟. Amen.

Aspergat ipsum [*am*] *aquâ benedictâ, et circumstantes admoneat ne illum* [*am*] *deserant; sed potiùs consolentur verbis et orationibus devotis, et frequenti aspersione aquæ benedictæ.*

EX CAPITE II.° LIBRI VII.ⁱ EJUSDEM PARTIS.

De Ritibus et Ceremoniis ad Matrimonium adhibendis.

Sacerdos celebraturus Matrimonium, indutus super-pelliceo, et stolá albi coloris, in limine Ecclesiæ, aut ante altare, tribus aut duobus ad minùs legitimis adstantibus testibus, et viro ad dexteram, muliere verò ad sinistram, sermonem habebit de vi, sanctitate, et ceremo-

Digitized by Google

niis hujus Sacramenti, et etiam de ejus fructibus, vulgari sermone, juxta præscriptum Concilii Tridentini.

Admonitio ex Catechismo Romano, vulgari sermone.

Lo Sagrament del Matrimoni així com es necessari per la humana conservació, així també es concedit á tots en general, no tenint algun particular impediment. Fonch instituhit per nostre Senyor Deu en lo Paradis terrenal, y despres fonch sanctificat ab la real presencia de nostre Senyor Jesu Christ. Es hu dels Sagraments de la Iglesia, gran en la significació, gran en la virtut, y gran en la dignitat; confereix y dona la gracia als quil celebran ab puras y netas consciencias, ab la qual sobrepujan las difficultats y treballs á que los casats están subjectes en tot lo curs de sa vida, pera que cumplidament, en lo que toca á bons christians, pugan satisfer á la obligació del cárrech que han pres. Havéu de considerar diligentment los qui aquest estament prenéu, lo fi principal á que havéu de encaminar totas las obras de aquesta vida vostra. Perqué primerament aquest Sagrament se instituhí pera tenir successió, y heréus, no tant en los bens temporals, quant en la fe, religió christiana, y virtut, y en lo servéy de Deu, y pera queus ajudéu en tot, los uns als altres, á soportar las incomoditats de la vida, y la debilitat de la vellesa. Per tant havéu de ordenar la vida

Digitized by Google

de manera queus pugáu descansar los uns als altres, y servos alivio y consolació en las fatigas que havéu de tenir, procurant de atallar, y apartar tota ocasió de disgusts y molestias. Finalment lo Matrimoni fonch ordenat també pera que los casats se contenten ab sa companya, y fugen tota manera de fornicació; perçó los casats vos havéu molt de guardar de no estregar un orde tant santificat, deixant lo que es Sagrament, per lo que es deleyte, posantlo en cosas que son fora dels límits del Matrimoni, aixi com ho demana la fe queus havéu donada lo hu al altre: perqué [com diu lo sagrat Apóstol], ni lo marit ni la muller tenen mando sobre son cos, y aixi antiguament eran castigats severissímament los adúlteros, y castigarlos ha ara Deu nostre Senyor rigorosament com á vengedor dels agravis, y desacatos ques fan á la puresa, y santedat dels Sagraments. Demana la santedat de aquest Sagrament [que significa la comunió y conjunció de Christo ab la Iglesia], queus améu lo hu al altre, com Christo nostre Redemptor ama á la Iglesia. Lo marit ha de suffrir á la muller condolentse de ella, com de aquella que es la part mes flaca, laqual li es donada, pera que la tracte com á companya, y no la maltracte com á esclava, que assó significa esser estada Eva formada de la costella de Adam nostre primer pare, haventla ell anomenada ajudadora y acompanyadora sua.

Ocuparvos heu en exercicis honests y bons, pera sustentar vostra casa, y familia, tant pera conservar vostre patrimoni, com pera fugir, y

Digitized by Google

apartarvos de la ociositat, que es principi, y causa de grans mals. La esposa ha de estar subjecta al marit, y ha de regirse per ell en tot, y ha de menysprear lo desordenat ornato de son cos y tenir per superfluo y mal tot ornament desmasiat, tenint consideració á sola la gentilesa de la virtut, que es sobre tota bellesa. Ha de guardar ab diligencia y solicitut los bens que Deu omnipotent li comunica, y no ha de eixir de sa casa, sinó pera cosas necessarias, y ab licencia y voluntat de son marit; perqué ha de fer compte, que es com un jardí tancat, y una font sagellada per la virtut de la castedat. A ningú [despres de Deu nostre Senyor] ha de amar, ni respectar mes la muller, que á son marit, ni lo marit ha de voler, ni estimar mes altra persona, que á sa muller. Y aixi en tota ocasió, que no contradiga á la pietat christiana han de procurar de agradarse, y compláures lo hu al altre. La muller ha de rendirse al marit, y seguir son parer en tot, y lo marit per conservar la pau ha de pérdrer de son dret algunas vegadas, afloxant un poch de sa autoritat: sobre tot han de pensar de que manera han de donar á Deu nostre Senyor compte de sa vida, y de la de sos fills, y de tota sa familia. Han de tenir gran vigilancia de ensenyar ab exêmple y paraulas, que tota sa casa visca en temor de Deu. Siau vosaltres sants, y sia vostra casa aixi com es sant Deu, qui laus ha comanada, y vos en demanará compte. Placia á la divina bondat créixer y multplicar vostre successió, á laqual, y á vosaltres vulla donar apres del curs de aquesta

Digitized by Google

vida la eterna felicitat, lo que ab lo Pare, y ab lo Esperit Sant viu en lo segle dels segles. Amen.

His peractis, Sacerdos alloquitur contrahentes et testes in hunc modum:

Senyors, per voluntat de Deu omnipotent, ab intervenció de algunas honradas personas, es estat tractat, y concordat Matrimoni entre *N.* fill de *N.*, de una part, y *N.* filla de *N.*, de part altre, losquals son assí presents: y perqué en dit Matrimoni se procehesca segons ordinació de la santa mare Iglesia, jo de part de aquella vos amonest á tots perprimera, segona, tercera y peremptoria monicions, que si y ha algú, ó alguna que sapia algun impediment de consanguinitat, affinitat, ó compadratge, ó altra justa cosa, per laqual aquest Matrimoni nos dega fer, qüeu diga ara de present, altrament incorrerá en las penas per dret estatuhidas.

Quòd si circumstantes nullum impedimentum detegant, tunc Sacerdos interroget sponsum, dicendo secretè:

Vos *N.* havéu fet vot de entrar en religió, ó de fervos capellá, ó de servar castedat?

℟. No Pare.

Sabéu si entre vos y aquesta, que ha de ser vostra muller y ha algun parentíu de consanguinitat, ó affinitat, ó compadratge?

℟. No Pare.

Digitized by Google

Sabéu si ha algun altre legítim impediment, per loqual aquest Matrimoni fer nos puga ?

℟. No Pare.

Postea interroget eodem modo sponsam ; et si nullum impedimentum inventum fuerit, interroget eos simul, dicendo :

A vos *N.* y á vos *N.* pláuvos, que aquest Matrimoni se fassa entre vosaltres ?

Si consentiant, dicat Sacerdos ad sponsum ut dicat :

Jo *N.* prench á vos *N.* per esposa y muller mia per aquestas paraulas de present, segons nostre Senyor Deu Jesu Christ ha instituhit, y la santa mare Iglesia Romana ordena.

Et postea dicat sponsa :

Jo *N.* prench á vos *N.* per espos y marit meu per aquestas paraulas de present, segons nostre Senyor Deu Jesu Christ ha instituhit, y la santa mare Iglesia Romana ordena.

Et tunc Sacerdos :

Et ego vos in Matrimonium conjungo in nomine Pa ✝ tris, et Fi ✝ lii, et Spiritûs ✝ Sancti. Amen.

EX CAPITE III.°

Forma ministrandi Matrimonium per procuratorem.

Advertat diligenter Parochus, dum Matrimonium aliquod per procuratorem est con-

Digitized by Google

trahendum, quod mandatum sit speciale, et ad contrahendum cum certa et determinata persona; quòd si de hoc, et de aliis quæ ad tale Matrimonium contrahendum requiruntur sit certus, tunc alloquitur contrahentes et testes modo quo supra, mutatis mutandis, et accipiens manus dexteras ipsorum suis manibus, dicit cum procuratore:

Jo *N.* com á procurador legitim de *N.* mon principal, y en son nom prench á vos *N.* per esposa, y muller sua per aquestas paraulas de present, segons nostre Senyor Deu Jesu Christ ha instituhit, y la santa mare Iglesia Romana ordena. *Et postea dicat sponsa:*

Jo *N.* prench per espos y marit á *N.* principal vostre per aquestas paraulas de present, segons nostre Senyor Deu Jesu Christ ha instituhit, y la santa mare Iglesia Romana ordena.

Tunc Sacerdos:

Et ego te, et illum in Matrimonium conjungo in nomine Pa + tris, et Fi + lii, et Spiritûs + Sancti. ℟. Amen.

EX CAPITE IV.°

Benedictio Mulieris post partum.

PUERPERA quamprimùm Ecclesiam ingressa, Missam audiat devotè, quâ finitâ, Sacerdos dicet Evangelium, *In principio erat Verbum;* quo dicto, stolam osculandam præbebit puer-

Digitized by Google

peræ, et novæ proli si adfuerit : tunc panem benedicat hoc modo :

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BENE † DIC, Domine, per invocationem sancti tui nominis panem istum, qui benedixisti quinque panes in deserto, ut ex eo vegetata hæc puerpera, et quicumque ex eo comederint, alacriùs quæ tibi sunt placita, ad salutem mentis et corporis exequantur. In nomine Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritûs † Sancti. ℟. Amen.

Tunc porrigit puerperæ panem benedictum.

EX CAPITE II.° LIBRI I.ⁱ PARTIS II.ᵃᵉ

Modus et ritus sepeliendi Adultum, sive Clericus, sive Laïcus sit.

SACERDOS indutus amictu, albá, cingulo, stolá et pluviali nigri coloris, si officium fiat solemniter cum Diacono et Subdiacono, vel super-pelliceo et stolá, et pluviali, procedit de

Digitized by Google

Ecclesia, ordinatâ processione, præcedente cruce cum luminaribus, aspersorio, et thuribulo, et Clericis. Et in egressu Ecclesiæ, si defunctus fuerit Sacerdos, incipient Cantores altâ vote Psalmum: Verba mea auribus percipe, etc., *qui habetur in primo nocturno officii defunctorum. Si verò fuerit Laïcus, dicitur, submissâ voce, canticum graduum, et in fine cujuslibet Psalmi,* ℣. Requiem æternam, etc., *cùm pervenerit ad locum ubi jacet defunctus, Cantores incipiunt responsorium:*

℟. Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.

℣. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahæ Angeli deducant te.

℟. Suscipientes animam ejus, etc.

℣. Requiem æternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei. ℟. Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Deinde, Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster, *secretò*. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue, Domine, animam ejus. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima fa-

Digitized by Google

muli [æ] tui [æ] *N.*, quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem; sed jubeas eam à sanctis Angelis suscipi, et ad patriam Paradisi perduci, ut quia in te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat.

Absolve, quæsumus, Domine, animam famuli [æ] tui [æ] (*adaptetur juxta qualitatem defuncti*), ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria, inter Sanctos et electos tuos resuscitatus [a] respiret. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si defunctus fuerit Prœsbyter, hæc, et non illa oratio est dicenda.

OREMUS.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum Pontificali (*seu Sacerdotali*) fecisti dignitate vigere, præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio.

Absolve, quæsumus, Domine, animam famuli tui Sacerdotis ab omni vinculo, etc.

Postea ordinatâ processione eodem modo quo venerant, portatur corpus ad Ecclesiam. Et si fuerit Sacerdos, vel sacris initiatus, deferatur à Clericis in fine processionis, ante Sacerdotem, Diaconum et Subdiaconum celebrantes officium: si verò fuerit Laïcus, post illos. Et dum corpus de domo extrahitur, dicuntur, submissâ voce, Psalmi graduales.

Digitized by Google

Si verò defunctus fuerit Sacerdos, intonatur altâ voce, Psalmus

In exitu Israël de Ægypto : domus Jacob de populo barbaro.

Facta est Judæa sanctificatio ejus : Israël potestas ejus.

Mare vidit et fugit : Jordanis conversus est retrorsùm.

Montes exultaverunt ut arietes : et colles sicut agni ovium.

Quid est tibi, mare, quod fugisti : et tu Jordanis quia conversus es retrorsùm ?

Montes exultastis sicut arietes : et colles sicut agni ovium.

A facie Domini mota est terra : à facie Dei Jacob.

Qui convertit petram in stagna aquarum : et rupem in fontes aquarum.

Non nobis, Domine, non nobis : sed nomini tuo da gloriam.

Super misericordia tua et veritate tua : nequando dicant gentes : ubi est Deus eorum ?

Deus autem noster in cœlo : omnia quæcumque voluit fecit.

Simulacra gentium argentum et aurum : opera manuum hominum.

Os habent et non loquentur : oculos habent et non videbunt.

Aures habent et non audient : nares habent et non odorabunt.

Manus habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt : non clamabunt in gutture suo.

Digitized by Google

Similes illis fiant qui faciunt ea : et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israël speravit in Domino : adjutor eorum, et protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino : adjutor eorum, et protector eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino : adjutor eorum, et protector eorum est.

Dominus memor fuit nostrî : et benedixit nobis.

Benedixit domui Israël : benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus qui timent Dominum : pusillis cum majoribus.

Adjiciat Dominus super vos : super vos, et super filios vestros.

Benedicti vos à Domino : qui fecit cœlum et terram.

Cœlum cœli Domino : terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te, Domine : neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino : ex hoc nunc et usque in sæculum.

Requiem æternam dona ei, Domine.

Et lux perpetua luceat ei.

Stationes quæ fiunt dum corpus fertur ad Ecclesiam.

Prima Statio.

℣. Libera me, Domine, de morte æterna, in

Digitized by Google

die illa tremenda, quando cœli movendi sunt et terra.

℟. Dum veneris judicare sæculum per ignem. ℣. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. ℟. Quando cœli, etc. ℣. Dies illa, dies iræ, calamitatis et miseriæ, dies magna et amara valde. ℟. Dum veneris judicare sæculum per ignem. ℣. Requiem æternam dona eis, Domine; et lux perpetua luceat eis. Libera, etc.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleis.

Pater noster, *secretò*. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. In memoria æterna erit justus. ℟. Ab auditione mala non timebit. ℣. Domine, exaudi orationam meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

INCLINA, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, ut animam famuli [æ] tui [æ] quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem.

Absolve, quæsumus, Domine, etc.

Si fuerit Sacerdos.

ORATIO.

PROSIT, quæsumus, Domine, animæ famuli tui Pontificis, *seu* Sacerdotis, misericordiæ tuæ implorata clementia; ut ejus in quo spe-

Digitized by Google

ravit et credidit, æternum capiat, te miserante, consortium.

Absolve, quæsumus, Domine, etc.

Secunda Statio.

℣. Qui Lazarum resuscitasti à monumento fœtidum. ℟. Tu eis, Domine, dona requiem et locum indulgentiæ. ℣. Qui venturus es judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Tu eis, etc.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleis.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Non intres in judicium cum servo [ancilla] tuo [a]. ℟. Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

SUSCIPE, Domine, animam famuli [æ] tui [æ] quam de ergastulo hujus sœculi vocare dignatus es, et eripe eam de loco pœnarum, ut quietis ac lucis æternæ beatitudine perfruatur; et inter Sanctos et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur.

Si fuerit Sacerdos.

ORATIO.

PRÆSTA, quæsumus, Domine, ut anima famuli tui Sacerdotis, quem in hoc sæculo commorantem sacris muneribus decorasti, in cœlesti sede gloriosa semper exultet.

Digitized by Google

Absolve, quæsumus, Domine, etc.

Tertia Statio.

℣. Ne recorderis peccata mea, Domine. ℟. Dum veneris judicare sæculum per ignem. ℣. Dirige, Domine Deus meus, in conspectu tuo viam meam. ℟. Dum veneris, etc.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleis.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

SATISFACIAT tibi, Domine, Deus noster, pro anima famuli [æ] tui [æ], sanctæ Dei genitricis Mariæ, et beati *N.* omniumque Sanctorum oratio, et præsentis familiæ humilis supplicatio, ut peccatorum veniam quam precamur obtineat, nec eam patiaris cruciari gehennalibus flammis quam Filii tui pretioso sanguine redemisti.

Absolve, quæsumus, Domine, etc.

Si fuerit Sacerdos.

ORATIO.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, ut anima famuli tui *N.*, qui hodie de hoc sæculo migravit, his sacrificiis purgata, et à peccatis

Digitized by Google

expedita, indulgentiam pariter, et requiem capiat sempiternam.

Absolve, quæsumus, Domine, etc.

Quarta Statio.

Ex consuetudine hujus Episcopatûs, dum corpus defuncti ingreditur Ecclesiam, incipiunt Cantores: Subvenite Sancti Dei, *ut supra.*

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleis.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Collocet eum [am] Dominus, cum principibus. ℟. Cum principibus populi sui. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Suscipe, Domine, preces nostras pro anima famuli [æ] tui [tuæ], ut si quæ ei maculæ de terrenis contagiis adhæserunt, remissionis tuæ misericordiâ deleantur.

Absolve, quæsumus, Domine, etc.

Si fuerit Sacerdos.

ORATIO.

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui *N.* ut defunctus sæculo tibi vivat, et quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commisit, tu veniâ misericordissimæ pietatis absterge.

Absolve, quæsumus, Domine, animam famuli tui *N.*, etc.

Dum

Digitized by Google

Dum dicitur supradictum responsorium, ferentes defunctum sistunt, et ponunt feretrum in medio Ecclesiæ cum luminaribus, et oratione supra positâ absolutâ, dicitur Missa (si dicenda est), ut in Missali Romano, in die obitûs defuncti, nihil addendo, vel detrahendo. Sed finitâ Missâ, Celebrans retrahit se ad cornu Epistolæ, et depositis planetâ et manipulo, accipiat pluviale nigrum. Minister medius inter duos ceroferarios, defert Crucem, præcedentibus duobus aliis ministris, uno cum thuribulo et navicula, alio cum aqua benedicta et aspersorio. Sequitur Celebrans inter Diaconum à dextris, et Subdiaconum à sinistris (sicut in processionibus), si adsint, aliàs solus. Et cùm pervenerint ad feretrum, Clericis hinc, et illinc stantibus, deferens Crucem sistit medius inter duos ceroferarios in principio processionis ad caput feretri, ad cornu tamen Epistolæ, si fuerit ibi altare, Celebrans verò ad partem alteram; ita ut Crucem respiciat, cum Diacono et Subdiacono, et ministris deferentibus vas aquæ benedictæ et thuribulum. Interim cantetur sequens responsorium.

- Libera me, Domine, de morte, etc.

Et dum dicitur, Sacerdos, ministrante Diacono naviculam incensi, imponit incensum in thuribulo. Finito Kyrie, eleison, *dicit altâ voce,* Pater noster, *et chorus prosequitur secretò: interim Sacerdos accipit aspersorium de manu Diaconi, si adsit, aliàs de manu ministri, et factâ altari reverentiâ, comitanti-*

Digitized by Google

bus Diacono et Subdiacono, aspergit circumiens feretrum. Cùm transit ante Crucem, profundè se inclinat: Diaconus verò, et Subdiaconus genuflectunt, et redeuntes ad primum locum, de manu ministri accipit Sacerdos thuribulum, et incensat eodem modo quo asperserat.

Quo finito, dicit: ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. In memoria æterna erit justus. ℟. Ab auditione mala non timebit.

Omnia ut in prima Statione.

Quibus finitis, portantes deferunt corpus ad sepulturam, et interim cantatur Psalmus

LAUDATE Dominum de cœlis : laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna : laudate eum omnes stellæ et lumen.

Laudate eum cœli cœlorum : et aquæ omnes quæ super cœlos sunt laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt : ipse mandavit et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi : præceptum posuit et non præteribit.

Laudate Dominum de terra : dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : quæ faciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles : ligna fructifera, et omnes cedri.

Digitized by Google

Bestiæ et universa pecora : serpentes et volucres pennatæ.

Reges terræ et omnes populi : principes, et omnes judices terræ.

Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini : quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum et terram : et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : filiis Israël populo appropinquanti sibi.

Requiem æternam dona ei, Domine.

Et lux perpetua luceat ei.

Dum inchoatur Psalmus, Sacerdos appropinquans sepulturæ ipsam benedicit, dicens sine cantu.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum et terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui fundasti terram, formasti cœlos, qui omnia syderibus stabilita fixisti ; qui captivum laqueo mortis hominem lavacri ablutione reparasti ; qui sepultos Abraham, Isaac et Jacob, in spelunca duplici, in libro vitæ, atque gloriæ annotasti benedicendos : ita, quæsumus, Domine, bene + dicere digneris, hunc tumulum famuli [æ] tui [æ], ut eum [am] hic requiescere facias, et sinu Abrahæ, Isaac et Jacob

Digitized by Google

collocare digneris; qui Dominum Jesum Christum devictis laqueis infernorum resurgere, suorumque in se credentium membra jussisti resuscitare; respice, Domine, super hanc fabricam sepulturæ; descendat, Domine, hìc Spiritus Sanctus tuus, ut, te jubente, sit in hoc loco famulò [æ] tuo [æ] quieta dormitio, et tempore judicii tui cum Sanctis omnibus vera resuscitatio, præstante tuâ misericordiâ. Qui vivis et regnas Deus, in sæcula sæculorum. ℟. Amen. Benedictio Dei omnipotentis, Pa ✝ tris, et Fi ✝ lii, et Spiritûs ✝ Sancti descendat super hunc tumulum.

Deinde aspergat aquâ benedictâ, et odoretur incenso. Quo peracto, cantetur Responsorium:

℣. Peccantem me quotidie, et non me pœnitentem, timor mortis conturbat me. ℟. Quìa in inferno nulla est redemptio, miserere meî, Deus, et salva me. ℣. Deus in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. ℟. Quia, etc.

Et interim sepeliatur corpus, Sacerdote parum terræ projiciente supra ipsum.

Et dicto Kyrie, eleison, *dicit altâ voce:*

Pater noster, *et chorus prosequitur secretò: interim Sacerdos aspergit tumulum aquâ benedictâ, et thuribulo incensat; et finito* Pater noster, *dicit altâ voce:* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Non intres in judicium cum servo tuo [ancillâ tua],

Digitized by Google

Domine. ℟. Quia non justificabitur, etc., *ut in secunda Statione.*

Et dum terrâ cooperitur cadaver, intonet Cantor:

℣. Ne recorderis, etc. ℣. Dirige, Domine, Deus meus, in conspectu tuo viam meam. ℟. Dum veneris judicare, etc.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleis.

Páter noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

TIBI, Domine, commendamus animam famuli [æ] tui [æ], ut defunctus [a] sæculo tibi vivat; et quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commisit, tu veniâ misericordissimæ pietatis absterge.

Deus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis et famulabus tuis omnibus, hic, et ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum; ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur.

Absolve, etc.

Quibus omnibus peractis, Hebdomadarius et chorus in Ecclesiam, Cruce præcedente, revertantur, interim dicentes Psalmum 50, Miserere meî, Deus. *Et si non sufficiat prop-*

Digitized by Google

ter longius iter, dicatur Psalmus De profundis : *dum autem ad Ecclesiam deventum est, dicat Hebdomadarius* : ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟ Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

FIDELIUM, Deus omnium conditor, et Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen. ℣. Requiem æternam dona ei, Domine, ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

EX CAPITE III.°

Ritus sepeliendi corpus defuncti in triduo mortis Christi.

FIANT omnia, ut supra; sed submissâ voce, et non sunt pulsandæ campanæ, nec Crux elevata deferri debet. Sacerdotes, submissâ voce alternatim, dum portatur corpus ad Ecclesiam, dicant Psalmum 50, Miserere mei, Deus, etc., *et Psalmum* De profundis, etc. *Et si opus fuerit, repetantur donec ad Ecclesiam perveniatur, et in ingressu Ecclesiæ dicatur* ℟. Subvenite Sancti Dei, etc., *et sine ulla mora sepeliatur : et Sacerdos interim dicat* Pater nos-

Digitized by Google

ter, *et orationes, ut supra, etiam submissâ voce; et nulla debet fieri thurificatio.*

EX CAPITE IV.°

Ritus sepeliendi corpus defuncti tempore interdicti.

TEMPORE interdicti, Clerici, et habentes privilegium possunt in sacro sepeliri absque solemnitate consueta. Cruces in sublime elevatæ, et absque campanarum pulsatione. Laïci verò, qui privilegio carent, à Laïcis sunt sepeliendi extra sacrum, absque ulla solemnitate: possunt nihilominus deferri ad sepeliendum cum Cruce, non in sublime elevata, et cum lumine.

EX CAPITE V.°

Ordo ad sepeliendum parvulos baptisatos.

PARVULI defuncti, qui non fuerunt doli capaces, sunt sepeliendi hoc ordine. In domo antequam pueri corpus educatur, dicatur sequens Antiphona, cum cantu, vel sine eo, voce tamen sonorâ.

Antiphona.

℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

Digitized by Google

Psalm. 148.

LAUDATE pueri Dominum : laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum : ex hoc nunc et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum : laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus : et super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus, Deus noster, qui in altis habitat : et humilia respicit in cœlo, et in terra.

Suscitans à terra inopem : et de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus : cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo : matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, etc.

Et repetatur Antiphona.

℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

℣. Hic accipiet benedictionem à Domino. ℟. Et misericordiam à Deo salutari suo.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleis.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Me autem propter innocentiam suscepisti. ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Digitized by Google

OREMUS.

OMNIPOTENS et mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte baptismatis, dum migrant à sæculo, sine ullis eorum meritis vitam illico largiris æternam, sicut animæ hujus parvuli [æ] credimus te fecisse; fac nos, quæsumus, Domine, per intercessionem Beatæ Mariæ Virginis, et omnium electorum tuorum, hìc, purificatis mentibus tibi famulari, et in paradiso beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde portatur corpus pueri ad Ecclesiam: inter eundum cantant Clerici, voce sonorâ, Antiphonam sequentem, cum Psalmo, Versiculo et Oratione.

Antiphona.

℣. Juvenes et virgines, senes cum junioribus, laudent nomen Domini.

Psalm. 148.

LAUDATE Dominum de cœlis, etc, *ut supra*, page 66.

Psalm. 149.

CANTATE Domino canticum novum: laus ejus in Ecclesia sanctorum.

Lætetur Israël in eo qui fecit eum: et filiæ Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: in tympano et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: et exaltavit mansuetos in salutem.

Digitized by Google

Exultabunt sancti in gloria : lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum : et gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus : increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Psalm. 150.

LAUDATE Dominum in Sanctis ejus : laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro : laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilàtionis : omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, etc.

In ingressu Ecclesiæ repetitur Antiphona :

Juveries et virgines, senes cum junioribus, laudent nomen Domini.

Deinde, Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Pater noster, *secretò*. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Sinite parvulos venire ad me. ℟. Talium est enim regnum cœlorum. ℣. Domine,

Digitized by Google

exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli [æ] ad cœlorum regnum hodiè misericorditer vocare dignatus es; digneris etiam, Domine, ita nobiscum misericorditer agere; ut meritis tuæ sanctissimæ Passionis, in eodem regno, nos cum omnibus Sanctis et electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritûs Sancti, Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

Mox portetur corpus parvuli ad tumulum, et interim dicatur à Clericis sequens Antiphona.

Benedicite Dominum omnes electi ejus, agite dies lætitiæ, et confitemini illi.

Canticum trium Puerorum. Daniel, 3.

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino: benedicite stellæ cœli Domino.

Benedicite omnis imber et ros Domino: benedicite omnes Spiritus Dei Domino.

Digitized by Google

Benedicite ignis et æstus Domino : benedicite frigus et æstus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino : benedicite gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino : benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebræ Domino : benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum : laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes et colles Domino : benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino : benedicite maria et flumina Domino.

Benedicite cete et omnia quæ moventur in aquis Domino : benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ et pecora Domino : benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israël Dominum : laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino : benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus et animæ justorum Domino : benedicite sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misaël Domino : laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu : laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es, Domine, in firmamento cœli : et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

Digitized by Google

Finito Cantico, non dicitur Gloria Patri, *neque* Amen.

Repetitur Antiphona Benedicite, *ut supra.*

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens et misericors Deus, quem credimus animæ hujus infantis sacro baptismate regenerati, non propriis meritis, sed tuâ misericordiâ, æternam beatitudinem contulisse concede nobis propitius, ut qui ad ejusdem Sacramenti susceptionem, et tuæ sacrosanctæ fidei agnitionem, tuâ etiam clementiâ perducti sumus, sic in hoc sæculo vitam agamus, ut te in omnibus, et super omnia diligentes, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, cum illis in alio sæculo ad perpetuæ felicitatis consortium pervenire mereamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

In diebus novenalis, et capitis anni, finitis Missis, cantentur quatuor sequentia responsoria, videlicet, intus Ecclesiam. ℟. Libera me, Domine, etc. *Eundo in cœmeterium:* Qui Lazarum, etc. *Super tumulum:* Ne recorderis, etc., *cum suis sequentibus orationibus, et responsorium:*

℣. Memento meî, Deus, quia ventus est vita

Digitized by Google

mea. ℟. Nec aspiciat me visus hominis. ℣. De profundis clamavi ad te, Domine, Domine exaudi vocem meam. ℟. Nec aspiciat, etc.

Quo absoluto, fiant reliqua ut in quarta Statione.

EX CAPITE VI.°

Absolutio in anniversario pro defunctis.

LIBERA me, Domine, de morte æterna, etc. Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue, Domine, animam ejus. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS indulgentiarum, Domine, da animabus famulorum tuorum quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem.

Absolve, quæsumus, etc.

In secunda Statione.

℟. Qui Lazarum, etc. Kyrie, eleison. ℟. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Pater noster. ℣. Et

Digitized by Google

ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Audivi vocem de cœlo dicentem mihi. ℟. Beati mortui qui in Domino moriuntur. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

PROPITIARE, Domine, supplicationibus nostris pro animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offerimus hoc sacrificium laudis, ut eas Sanctorum tuorum consortio sociare digneris.

Absolve, quæsumus, Domine, etc.

In tertia Statione.

℟. Ne recorderis, etc. Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

PRÆSTA, quæsumus, Domine, ut animæ famulorum famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus; his purgatæ sacrificiis, indulgentiam pariter, et requiem capiant sempiternam.

Digitized by Google

Deus, cujus miseratione animæ fidelium, etc.

Absolve, quæsumus, Domine, etc.

Reliqua ut in fine ultimæ absolutionis defuncti.

EX CAPITE VII.°

Ordo servandus in Processionibus generalibus quæ fiunt pro defunctis.

QUANDO fit commemoratio generalis pro defunctis, scilicet in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, et in feria secunda cujuscumque hebdomadæ, extra tempus Paschale, et in primo die cujusque mensis, ut habetur in Breviario Romano; dictâ Missâ pro defunctis, ut in Missali, fit processio pro ipsis, hoc ordine. Præcedunt duo Acolyti, alter cum vase aquæ benedictæ, et alter cum thuribulo et navicula. Sequitur Subdiaconus cum Cruce, medius inter duos ceroferarios cum candelabris et cereis accensis. Deinde Clerus per ordinem, postea Diaconus, cum libro ante pectus; ultimò Celebrans, cum pluviali nigro. Interim cantantur Responsoria, aut tria, aut duo, vel plura, pro oportunitate temporis.

In prima Statione.

Libera me, Domine, etc.

Et dicto ultimo Kyrie, eleison, *Sacerdos dicat altâ voce,* Pater noster, *et prosequuntur omnes*

Digitized by Google

omnes secretò. Interim Sacerdos accipiens aspersorium et thuribulum de manibus Acolytorum, aspergit et incensat locum qui est ante ipsum.

Deindè Diacono, vel alio ministro tenente librum apertum, dicit:

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Sacerdotes tui induantur justitiam. . Et Sancti tui exultent. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali (*seu* Sacerdotali) fecisti dignitate vigere, præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

In secunda Statione.

℟. Qui Lazarum resuscitasti, etc.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleis.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Collocet eos Dominus, cum principibus. ℟. Cum principibus populi sui. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, veniæ largitor, et humanæ salutis ama-

Digitized by Google

tor, quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beatâ Mariâ semper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

In tertia Statione.

℟. Ne recorderis peccata mea, Domine, etc. Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleis. Pater noster, *secretò*. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. In memoria æterna erunt justi. ℟. Ab auditione mala non timebunt. ℣. Domine, exaudi orationam meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui nos patrem et matrem honorare præcepisti; miserere clementer animabus patrum et matrum nostrorum, eorumque peccata dimitte, nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

In quarta Statione.

℟. Ne recorderis peccata mea, Domine: dum veneris judicare sæculum per ignem. ℣. Dirige, Domine Deus meus, etc.

Digitized by Google

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleis. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Audivi vocem de cœlo dicentem mihi. ℟. Beati mortui qui in Domino moriuntur. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

FIDELIUM, Deus omnium conditor, et Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Post hæc dicat Sacerdos:

℣. Animæ eorum, et animæ omnium fidelium requiescant in pace. ℟. Amen.

Postea revertuntur eodem ordine quo venerunt, usque ad sacristiam, dicendo, mediâ voce, Psalmum De profundis, *vel Psalm. 50,* Miserere meî; *quibus finitis, dicat Sacerdos:*

℣. Requiem æternam dona eis, Domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

ABSOLVE, Domine, animas eorum et omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delic-

Digitized by Google

torum, ut in resurrectionis gloria, inter Sanctos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

EX CAPITE I.° LIBRI II.i EJUSDEM PARTIS.

De benedictione aquæ.

Die Dominicâ, præparato sale et aquâ, Sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad hoc deputatus, albâ vel super-pelliceo indutus, cum stola, primò dicit : ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum et terram.

Exorciso te creatura salis, per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum ; per Deum qui te per Eliseum Prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ ; ut efficiaris sal exorcisatum in salutem credentium ; et sis omnibus te sumentibus sanitas animæ et corporis ; et effugiat atque discedat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia et nequitia ac versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adjuratus per eum qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Digitized by Google

ORATIO.

IMMENSAM clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, benedi ✝ cere, et sanctifi ✝ care tuâ pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis; et quidquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditiâ, omnique impugnatione spiritalis nequitiæ. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum, etc.

Exorcismus aquæ.

EXORCISO te creatura aquæ, in nomine Dei ✝ Patris omnipotentis, et in nomine Jesu ✝ Christi Filii ejus Domini nostri, et in virtute Spiritûs ✝ Sancti, ut fias aqua exorcisata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostaticis. Per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

ORATIO.

DEUS, qui ad salutem humani generis, maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene ✝ dictionis infunde; ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos dæmones, morbosque pellendos,

Digitized by Google

divinæ gratiæ sumat effectum; ut quidquid in domibus vel in locis fidelium hæc unda resperserit, careat omni immunditiâ, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentes inimici; et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aspersione hujus aquæ effugiat; ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum, etc.

Hic mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:

Commixtio salis et aquæ pariter fiat: in nomine Pa ✝ tris, et Fi ✝ lii, et Spiritûs ✝ Sancti. ℟. Amen. ℣ Dominus vobiscum. ℟. Cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS invictæ virtutis autor, et insuperabilis imperii rex, ac semper magnificus triumphator, qui adversæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sævitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas; te, Domine, trementes et supplices deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam salis et aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sancti ✝ fices: ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritûs abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, et præsentia Sancti Spiritûs nobis misericordiam tuam pos-

Digitized by Google

centibus ubique adesse dignetur. Per Christum Dominum nostrum.

Finitâ benedictione, Sacerdos celebraturus, indutus pluviali coloris officio convenientis, accedat ad altare, et ibi ad gradus, cum ministris, genuflexus, accipiat à Diacono aspersorium; et primò ter aspergat altare, et deinde se et ministros, incipiens Antiphonam

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor.

Psalm. 50. Miserere meî, Deus : secundùm magnam misericordiam tuam. Gloria Patri, etc.

Et repetitur Antiphona. Asperges me, Domine, etc.

Supradicta Antiphona, prædicto modo dicitur in aspersione aquæ benedictæ, in Dominicis, per totum annum, excepto quod in Dominica de Passione, et in Dominica Palmarum, non dicitur Gloria Patri *: sed post Psalmum* Miserere, *repetitur immediatè Antiphona* Asperges me, Domine; *excepto etiam tempore Paschali, scilicet, à Dominica Paschæ usque ad Pentecosten : quo tempore cantatur Antiphona :* Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, Alleluia, et omnes ad quos pervenit aqua ista salvi facti sunt, et dicent, Alleluia, alleluia. ℣. Confitemini Domino, quoniam bonus. ℟. Quoniam in æternum misericordia ejus. ℣. Gloria Patri, etc.

Repetitur Antiphona, Vidi aquam.

Post Octavam verò Pentecostes resumitur As-

Digitized by Google

perges me, Domine. *Finitis Antiphonis supradicto modo, Sacerdos qui aspersit aquam, reversus ad altare, ante gradus altaris stans, dicat:*

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. *Tempore Paschali, additur:* Alleluia. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

EXAUDI nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo sancto tuo (*si autem Ecclesia sit consecrata, dicat:* in hac aula sancta tua). Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

EX CAPITE II.°

De Benedictione panis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum et terram. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, panis Angelorum, panis vivus et æternæ vitæ, bene † dicere dig-

Digitized by Google

nare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto; ut omnes ex eo dignè gustantes, inde corporis et animæ desiderabilem percipiant sanitatem. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergat aquâ benedictâ.

Sed tempore generalis interdicti, non detur de isto pane populo interdicto, nisi privilegiatis, et ad divina officia admissis.

EX CAPITE III.°

Benedictio in die sancti Blasii, quæ fieri debet cum Cruce, lumine et aqua benedicta.

℣. Adjutorium nostrum ✝ in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Salvator mundi Deus Jesu Christe, qui hodiernam diem beatissimi Blasii martyrio consecrasti; et diversas creaturas ad salutem hominum creasti; qui ex quinque panibus, et duobus piscibus, quinque millia hominum sa-

Digitized by Google

tiasti; et populum Judaïcum in deserto miraculosè pavisti; ineffabilem misericordiam tuam suppliciter oramus et petimus, ut hos panes, et fructus, quos plebs fidelis tibi devotè hodie ad sanctificandum attulit, tuâ pietate bene † dicere et sancti † ficare digneris; ut qui ex eis comederint, vel gustaverint, ab omni gutturis plagâ, et totius corporis infirmitate, meritis, et intercessione beati Blasii martyris tui, plenam recipiant sanitatem; et nos servos tuos ab omni animæ et corporis ægritudine sanos, et incolumes tuâ miseratione conserva: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti, Deus. Per omnia sæcula sæculorum.
Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritûs † Sancti, descendat et maneat super nos, et istam creaturam panis et fructuum. Amen.

Postea aspergat aquâ benedictâ.

EX CAPITE V.°

Benedictio ad quodcumque comestibile.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Digitized by Google

OREMUS.

BENE † DIC, Domine, creaturam istam, N., ut sit remedium salutare generi humano; et præsta per invocationem sancti nominis tui, ut quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, et animæ tutelam accipiant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergat aquâ benedictâ.

EX CAPITE VI.°

Benedictio loci.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BENE † DIC Domine, Deus omnipotens, locum istum, ut sit in eo charitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum actio Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto: et hæc benedictio maneat super hunc locum, et super habitantes in eo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Digitized by Google

EX CAPITE VII.°

Benedictio domûs novæ.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Te, Deum, Patrem omnipotentem, suppliciter exoramus pro hac domo et pro ejus habitantibus, ac rebus, ut eam bene ✝ dicere et sancti ✝ ficare, ac bonîs omnibus ampliare digneris. Tribue eis, Domine, de rore cœli abundantiam, et de pinguedine terræ substantiam, et desideria voti eorum, ad effectum tuæ miserationis perducas : ad introïtum ergo nostrum bene ✝ dicere et sancti ✝ ficare dignare istam domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac et Jacob ; et intra parietes domûs istius Angeli tui lucis inhabitent, eamque ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Digitized by Google

EX CAPITE X.°

Benedictio pro animalibus infirmantibus.

Primò animalia aspergantur aquâ benedictâ, postea Sacerdos dicit :

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Misericordiam tuam, Domine, supplices exoramus, ut hæc animalia, quæ gravi infirmitate vexantur, tuâ bene + dictione sanentur : extinguatur in eis omnis diabolica potestas, neque ulteriùs ægrotent : esto eis vitæ defensio, et remedium sanitatis.

Deus, qui laborantibus hominibus, etiam de mutis animalibus solatia subrogasti ; suppliciter te oramus, ut sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias usibus non perire. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Digitized by Google

EX CAPITE XI.°

Benedictio agrorum, ut ab eis Locustæ, Bruchi, et alia animalia noxia expellantur.

Sacerdos indutus super-pelliceo, et stolâ violacei coloris, veniens ad agrum ubi sunt Locustæ, Bruchi, et alia animalia, dicat:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus, Domine, clementer exaudi, ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, et hanc Vermium, seu Murium, aut Locustarum, vel aliorum animalium calamitatem patimur, pro tui nominis gloria ab ea misericorditer liberemur: ut per potentiam tuam expulsa, nulli noceant; et hos agros, vineas, aut aquas infectos[as] dimittant: quatenus quæ ex eis orta fuerint, tuæ majestati deserviant, et nostræ necessitati subveniant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, bonorum omnium autor et conservator, in cujus nomine

Digitized by Google

omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, et infernorum; concede, ut quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam, efficacem consequatur effectum: ut scilicet hos Vermes, Mures, Aves, Locustas, aut alia animalia noxia segregando segreges, exterminando extermines: ut ab ista calamitate liberati, gratiarum actiones majestati tuæ referamus. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS.

Deus, qui famulorum tuorum Moysis et Aaronis ministerio, ab Ægyptiis, pro gloria nominis tui, Locustas, Bruchos, Ciniphes, aliasque plagas justitiæ tuæ in peccatores flagella avertisti; à filiis quoque Israël prohibuisti: à populo in te credente similiter calamitates coerce; ut potentiam tuam, simul et beneficentiam prædicemus. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

OREMUS.

Largiri, et conservare fructus terræ, dignare Domine Deus noster, ut temporalibus gaudeamus auxiliis, et spiritualibus proficiamus incrementis. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

OREMUS.

Oramus te, Domine Deus noster, ut hos agros, aut vineas, serenis oculis, et hilari vultu respicere digneris, tuamque super eos mitte bene ✝ dictionem; ut non grando surripiat, non turbo subvertat, non vis tempestatis detruncet, non æs-

Digitized by Google

tus exurat, non animalia noxia corrodant, neque inundatio pluviæ exterminet; sed fructus incolumes, uberesque usui nostro ad plenam maturitatem perducas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Pa ✝ tris, et Fi ✝ lii, et Spiritus ✝ Sancti descendat et maneat super hos agros, aut vineas, et eorum fructus. ℟. Amen.

Deinde aspergat aquâ benedictâ.

EX CAPITE XII.°

Benedictio pro aquis infectis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui Jordanis flumen benedixisti, et in eodem baptisatus aquas purificasti, ut elementum salubre efficeretur in remissionem peccatorum; has aquas quoque bene ✝ dicere et sancti ✝ ficare digneris, ut nihil in eis noxium, nihil pestilens, nihil corrumpens maneat; sed omnia pura, et munda in eis efficiantur: ut quæ ad usum hominum ex eis producenda

Digitized by Google

ducenda sunt, cum gloria tua et salute nostra sumamus. Per Christum, etc. ℟. Amen.

Mox aspergat aquas aquâ benedictâ.

EX CAPITE XIII.°

Benedictio incensi.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

TUA, quæsumus, omnipotens sempiterne Deus, immensæ majestatis dexterâ, hanc creaturam incensi bene † dicere, et sancti † ficare digneris; ut in virtute sancti nominis tui omnes immundorum spirituum phantasticos incursus effugare, omnesque morbos, redditâ sanitate, expellere, ubicumque fumus ejus afflaverit mirabiliter possit: atque tibi omnipotenti Deo odorem fragrantissimum perpetuâ suavitate reddere. Per Christum, etc. ℟. Amen.

Et aspergat aquâ benedictâ incensum.

Digitized by Google

EX CAPITE XIV.°

Benedictio seminis serici.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex quinque panibus hordaceis, et duobus piscibus, quinque millia hominum satiasti, et populum Israëliticum in deserto miraculosè pavisti; quique semina subtus terram posita fructificare et multiplicare facis, et in usus nostros misericorditer concedis, tuam ineffabilem misericordiam supplices oramus, ut hæc bombycum semina, que tibi hodie benedicenda offeruntur, per intercessionem beatæ Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum tuâ pietate bene ✝ dicere, et multiplicare digneris: ita ut ad optatum finem perducta, possint ad tuæ majestatis cultum, animabus nostris, atque corporibus deservire. Qui vivis et regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Et benedictio omnipotentis Dei Pa✝tris, et

Digitized by Google

Fi ✝ lii, et Spiritûs ✝ Sancti descendat et maneat super hæc semina. ℟. Amen.

Et aspergantur aquâ benedictâ.

EX CAPITE XV.°

Benedictio novæ Navis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

PROPITIARE, Domine, supplicationibus nostris, et bene ✝ dic navim istam dexterâ tuâ sanctâ, et omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noë ambulantem in diluvio. Porrige eis, Domine, dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: et mitte sanctum Angelum tuum de cœlis, qui liberet et custodiat eam semper à periculis universis, cum omnibus qui in ea erunt; et famulos tuos, repulsis adversitatibus, portu semper, cursuque tranquillo tuearis; transactisque ritèque perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio revocare digneris. Per Christum, etc. ℟. Amen.

Aspergitur aquâ benedictâ.

Digitized by Google

EX CAPITE XVI.°

Benedictio novi Putei.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Deus omnipotens, qui in hujus putei altitudinem per crepidinem fistularum copiam aquarum manare jussisti: presta, ut te juvante atque bene + dicente per nostræ officium functionis, repulsis hinc phantasmaticis collusionibus, atque diabolicis insidiis purificatus, atque emundatus semper hic puteus perseveret. Per Christum, etc. ℟. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

EX CAPITE XVII.°

De Processione et benedictione termini, in die sanctæ Crucis, mensis Maii.

IN die sanctæ Crucis, mensis Maii, fit Processio ad locum benedictioni termini destina-

Digitized by Google

tum, et Presbyter indutus super-pelliceo, amictu, albâ, cingulo, stolâ et pluviali, deferat Crucem in manibus: et ubi commodè fieri poterit, ante ipsum Presbyterum, in medio processionis præcedant quatuor Diaconi, induti dalmaticis, qui deinde cantent quatuor Evangelia, atque ordine præmisso vadat processio cantando Litaniam; et cum perventum fuerit ad locum benedictionis, unus Diaconorum, acceptâ benedictione à Præsbitero, versus ad orientem, dicat Evangelium, dicens:

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Initium sancti Evangelii secundùm Joannem.

℟. Gloria tibi, Domine.

Et interim Diaconus, accepto thuribulo, incensat librum Evangelii.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est: et mundus eum

Digitized by Google

non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem Filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum Caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ et veritatis.

Quo dicto, Presbyter tenens lignum sanctæ Crucis, vadit ad locum, ubi cantatum fuit Evangelium, et cum Diacono intonat Antiphonam sequentem, usque ad, Ecce Crucem Domini, *et Cantores prosequuntur* : Fugite partes adversæ, etc.

Antiphona.

Ecce Crucem Domini, fugite partes adversæ, vicit leo de Tribu Juda, radix David. Alleluia.

Quâ dictâ, dicat Sacerdos :

℣. Per signum Crucis de inimicis nostris, alleluia. ℟. Libera nos, Deus noster, alleluia. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine sancte, Pater omnipotens, sempiterne Deus, bene ✝ dicere dignare terminum istum, quem nos, indigni famuli tui, per invocationem Filii tui Domini nostri Jesu Christi bene ✝ dicere præsumimus : et eum, clementissimè tuâ bene ✝ dictione sanctifica, et ad pa-

Digitized by Google

fectum, atque ad illuminationem sanctæ tuæ Ecclesiæ provenire concede. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Quo dicto, alius Diaconus, versâ facie ad occidentem, acceptâ benedictione à Sacerdote, dicat:

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sequentia sancti Evangelii secundùm Marcum.

℟. Gloria tibi, Domine.

Et interim Diaconus, accepto thuribulo, incensat librum Evangelii.

In illo tempore, Recumbentibus undecim Discipulis, apparuit illis Jesus, et exprobravit incredulitatem eorum, et duritiam cordis; quia, iis qui viderant eum resurrexisse, non credidederunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, et baptisatus fuerit, salvus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia ejicient; linguis loquentur novis; serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, et benè habebunt. Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, et sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.

Digitized by Google

Quo dicto, Sacerdos tenens lignum sanctæ Crucis, vadat ad locum ubi cantatum fuit Evangelium, et cum Diacono intonet Antiphonam supradictam : Ecce Crucem Domini.

Quâ finitâ, dicat Sacerdos :

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo, alleluia.
℟. Cùm Dominus ad judicandum venerit, allel.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, ædificator et custos Jerusalem civitatis supernæ; ædifica et custodi civitatem, et terminum nostrum, cum habitatoribus suis : ut perpetim sit in eis domicilium incolumitatis et pacis. Per Christum, etc.

Quâ oratione finitâ, alius Diaconus, versâ facie ad meridiem, et acceptâ benedictione à Presbytero, dicat :

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

℣. Sequentia sancti Evangelii, secundùm Lucam.

℟. Gloria tibi, Domine.

Et interim Diaconus incensat librum Evangelii.

In illo tempore, missus est Gabriel Angelus à Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth,

Digitized by Google

ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit : Ave, gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus : et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum : Quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco. Et respondens Angelus, dixit ei : Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth, cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis; quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini : fiat mihi secundùm verbum tuum.

Quo dicto, Sacerdos tenens lignum sanctæ Crucis, vadat ad locum ubi cantatum fuit Evangelium, et cum Diacono intonet Antiphonam supra dictam : Ecce Crucem Domini.

Quâ finitâ, dicat Sacerdos :

℣. Nos autem gloriari oportet, alleluia. ℟. In Cruce Domini nostri Jesu Christi, alleluia.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

Digitized by Google

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Creator omnium Deus, qui semina subtus terram posita, multiplicare et fructificare facis, et in usus nostros misericorditer concedis, intercedente beatâ Dei genitrice Maria : supplicationes nostras placatus intende, ut hæc seminum genera bene † dicere et sancti † ficare tuâ pietate digneris. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Quibus dictis, alius Diaconus, versâ facie ad Aquilonem, et acceptâ benedictione à Sacerdote, dicat :

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

℣. Sequentia sancti Evangelii secundùm Matthæum.

℟. Gloria tibi, Domine.

Et interim Diaconus incensat, ut supra.

In illo tempore ; Dixit Jesus Discipulis suis : Sicut fulgur exit ab oriente, et paret usque in occidentem : ita erit adventus filii hominis. Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum ; et stellæ cadent de cœlo, et virtutes cœlorum commovebuntur. Et tunc plangent omnes tribus terræ. Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum vir-

Digitized by Google

tute multa, et majestate. Et mittet Angelos suos cum tuba, et voce magna, et congregabunt electos ejus à quatuor ventis, à summis cœlorum usque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam : dum jam ramus ejus tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est æstas. Ita, et vos, cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in januis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum et terra transibunt; verba autem mea non præteribunt.

Quo dicto, Sacerdos tenens lignum Crucis, vadat ad locum ubi cantatum fuit Evangelium, et cum Diacono intonet Antiphonam supra dictam : Ecce Crucem Domini.

Quá finitá, Sacerdos dicit :

℣. Mihi autem absit gloriari, alleluia. ℟. Nisi in Crucem Domini nostri Jesu Christi, alleluia.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

A domo tua, Domine, quæsumus, spirituales nequitiæ repellantur, et aerearum discedat malignitas tempestatum et fulgurum, et nos famulos tuos ab omni adversitate custodi, et fructus terræ dare, et conservare digneris. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tum Presbyter, habens Crucem in manibus, circuit altare, et in quolibet angulo altaris

Digitized by Google

benedicit cum Cruce, faciendo signum crucis, dicendo in primo angulo:

Et bene + dictio Dei omnipotentis, *in secundo angulo*, Pa + tris, *in tertio angulo*, et Fi + lii, *in quarto angulo*, et Spiritus + Sancti descendat super nos, et maneat super hunc terminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde, depositâ Cruce, accipit aspersorium cum aqua benedicta, et aspergit super terminum. Quo facto, revertitur processio ad Ecclesiam cantando Litaniam, incipiendo à Sancta Maria, intercede, *vel prout moris est in unaquaque Ecclesia. Si verò non potuerint haberi quatuor Diaconi, ipse Presbyter dicat omnia Evangelia, accipiendo benedictionem, prout in Missa privata.*

EX CAPITE XXI.°

De benedictione Crucis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Benedic +, Domine, hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum à dæmonum potestate,

Digitized by Google

ut sit remedium salutare omnibus, ad ejus præsidium devotè confugientibus. Qui vivis et regnas in unitate, etc.

Aspergatur aquâ benedictâ.

EX CAPITE XXII.°

Benedictio imaginum Dei, aut Mariæ, vel Sanctorum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, te suppliciter exoramus, ut hanc imaginem in memoriam et honorem tui, vel unigeniti filii Domini nostri Jesu Christi, [*vel beat. Virg. Matris Domini*], [*vel beati N.*], præparatam, bene + dicere et sancti + ficare digneris; ut quicumque ad ipsam venerandam se devotè inclinaverint, salutem mentis et corporis consequantur; et quidquid justè petierint, se impetrasse lætentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Digitized by Google

EX CAPITE XXIII.°

De benedictione Baptisterii.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, Baptisterium hoc, salutis æternæ cœlesti visitatione dedicatum, Spiritûs tui illustratione sancti + fica, ut quotiescumque infantes in isto lavandi, ablutione fuerint aspersi, purgationem, et omnium delictorum suorum indulgentiam consequantur. Per Christum, etc. ℟. Amen.

OREMUS.

MULTIPLICA, Domine, bene + dictionem tuam, et Spiritûs Sancti munere fidem nostram corrobora, ut qui in hæc fluenta descenderint, in libro vitæ adscribi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergat aquâ benedictâ lapidem fontis sive baptisterii.

Digitized by Google

EX CAPITE XXIV.°

De benedictione habitûs ad induendum puerum, sive puellam, pro voto, seu devotione.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui pro nostra salute suscipiens humanam naturam, te vestimento carnis induere dignatus es, benedictione tuâ sanctâ, bene + dic ista vestimenta, quæ pro gratiis tibi exsolvendis omni cum devotione, sanctoque voto ac veneratione *N.* iste, *vel* ista, super se suscepturus [a] est: infunde in eum [am], quæsumus, tuam sanctam bene + dictionem, ut cùm primùm induerit hoc pietatis vestimentum, intercedente sancto *N.*, descendat super eum [am] gratia tua, quæ protegat illum [am] ab omni malo animæ et corporis. Qui vivis et regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Et aspergat aquâ benedictâ habitum, et puerum, seu puellam.

Digitized by Google

EX CAPITE XXV.°

De benedictione ad exuendum puerum, seu puellam, cùm portaverint habitum pro voto, seu devotione.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, à quo descendit omne bonum, et omne donum, tibi gratias referimus, et expleta vota reddimus; suscipe vota nostra cum actionibus gratiarum, et intercedente beatissimâ virgine Mariâ, sanctoque *N.*, huic de cætero præsta salutem mentis et corporis; ut te Creatorem rectâ fide colat, in te Redemptore spem suam confirmet, teque summum bonum super omnia diligat, atque sanctis mandatis tuis semper obediat. Per Christum, etc. ℟. Amen.

EX

Digitized by Google

EX CAPITE XXVII.°

Exorcismus contra imminentem tempestatem fulgurum et grandinis.

Cum grandines, nimbi, turbines, et aliæ temporum procellæ imminent, ad eas tempestates sedandas, ne Sacerdos vasculum, in quo sanctissimum Christi Domini corpus asservatur, adhibeat, sed tabernaculum accensis luminibus et cereo paschali patefaciat, ut eá nimborum vi imminente, rogationes et preces à Clero, populoque coram Domino religiosè fiant.

Sacerdos, cùm primùm viderit nubes atras et turgidas, procellam et grandinem minantes, faciet pulsari campanas, quæ suo sonitu possunt nubes dissipare, et dissolvere: quia benedictæ sunt, et nomine Ecclesiæ pulsantur. Et mox genuflexus ante Sacramentum Eucharistiæ, paulisper oret, et cum compunctione, et contritione cordis, imploret misericordiam Dei, et indutus super-pelliceo et stolá, accipiat in manibus lignum Crucis, si in Ecclesia fuerit, vel aliam Crucem, et alias Sanctorum reliquias, et præparatá aquá benedictá cum aspersorio, accedat ad locum ad faciendos exorcismos contra tempestates, fulgura, tonitrua, grandines, et turbines deputatum, et eò perveniens, prosequatur exorcismos, ordine sequenti.

Quòd si vis repentina tempestatis accessum

Digitized by Google

ad locum dictum impediat, exorcismos faciet in foribus Ecclesiæ, vel alio loco, in quo commodè fieri poterunt.

Per signum Cru ✝ cis, de inimicis ✝ nostris, libera nos ✝ Deus noster.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritûs sancti.

Dicatur Symbolum fidei, scilicet, Credo in Deum, etc.

Deinde, Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleis. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum et terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum. ℣. Exurgat Deus, et dissipentur omnes inimici ejus. ℟. Et fugiant, qui oderunt eum à facie ejus. ℣. Exurge, Christe, adjuva nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, qui fecisti cœlum et terram, mare, et omnia quæ in eis sunt; quique flumini Jordani benedixisti, atque in eo baptisari voluisti, et tuas sanctissimas manus, et brachia sacratissima in Cruce ✝ extendisti, quibus aerem sanctificasti; obsecramus immensam pietatis et bonitatis tuæ abundantiam, quatenùs has nubes, quas ante me, et post me, et supra me, à dextris et à sinistris video aerem perturbare, dis-

Digitized by Google

solvere, et anihilare digneris, ut alligata potestas dæmonum impiè desævientium, deficiat et turbetur, ad laudem tui sanctissimi nominis, et potentissimæ majestatis tuæ. Qui vivis et regnas, Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Postea conversus ad nubes, signet eas signo Crucis, dicens:

Circumdet te nubes, Deus ✝ Pater, circumdet te Deus ✝ Filius, circumdet te Deus Spiritus ✝ Sanctus.

Destruat te Deus ✝ Pater, destruat te Deus ✝ Filius, destruat te Deus Spiritus ✝ Sanctus.

Comprimat te Deus ✝ Pater, comprimat te Deus ✝ Filius, comprimat te Deus Spiritus ✝ Sanctus. Amen.

Obsecratio.

Sanctus Mathæus, sanctus Marcus, sanctus Lucas, sanctus Joannes, Evangelistæ, qui Christi Evangelium per quatuor mundi partes divulgarunt, ipsi suis meritis et precibus, hanc tempestatem à termino isto, et ab omnibus christianorum finibus, ab eodem Domino nostro Jesu Christo obtineant effugari, et depelli.

Exorcismus.

Et ego peccator, et Christi Sacerdos (*seu* minister) licet indignus, auctoritate, et virtute ejusdem Dei, et Domini nostri Jesu Christi, summi imperatoris, non meâ potentiâ innixus, et confisus, vobis præcipio immundissimi spiritus, qui has nubes, seu nebulas concitatis, in

Digitized by Google

virtute ejusdem Dei, et Domini nostri Jesu Christi ✝, per sanctissimam ejus Incarnationem, per sanctam Nativitatem, per Baptismum, et Jejunium ipsius; per ejus sacratissimam Crucem ✝ et Passionem, per sanctam Resurrectionem, per admirabilem Ascensionem, per tremendum adventum ejus ac judicium; per merita intemeratæ, semperque virginis Mariæ, et sanctissimi *N.*, et per merita omnium Sanctorum; ut exeatis ab eis, et eas dispergatis in locis silvestribus, et incultis, quatenùs nocere non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus, aut quibuscumque rebus, humanis usibus deputatis. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. Amen.

Ipse vobis imperat, dæmones, qui has nubes commovetis, de quo de nube lucida dictum est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. ✝ Ipse vobis imperat, qui suâ sacratissimâ Cruce, corporis sui sanctissimi in ea extensione aërem purgavit. ✝ Ipse vobis imperat, qui per mortem suam vos, principem vestrum, mortemque devicit, et ligavit, atque æternæ gehennæ mancipavit ignibus. ✝ Ipse vobis imperat, qui inferno spoliato, surrexit à mortuis. ✝ Ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies, nube susceptus, virtute suâ ascendit in cœlum. ✝ Ipse vobis imperat, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem.
℟. Amen.

Et postea ostendat Crucem in aera, dicens:
Ecce lignum sanctissimæ Crucis, fugite par-

Digitized by Google

tes adversæ : vicit enim vos, et mundum Dominus noster Jesus Christus Filius Dei, imperator summus, leo de tribu Juda, radix David.

Postea aquâ benedictâ in modum Cru ✝ *cis aspergatur per quatuor latera. Dicendæ etiam sunt Litaniæ, si nondum quievit tempestas, et Symbolum S. Athanasii* : Quicumque vult salvus, etc., *Antiphona* Salve, Regina, *et* Sub tuum præsidium, *et Canticum trium Puerorum*, Benedicite omnia opera Domini Domino, etc.

Dicendo in quolibet versu, ℣. Gloria Patri, etc., *deinde dicat* :

Benedicamus Patrem, et Filium, cum Sancto Spiritu. ℟. Laudemus et superexaltemus eum in sæcula. ℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. ℣. Exurge, Christe, adjuva nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis tuæ adorare unitatem : quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis.

ORATIO.

Protege, Domine, famulos tuos, subsidiis pacis, et beatæ Mariæ semper Virginis patrocinio

Digitized by Google

confidentes, à cunctis hostibus, et periculis redde securos.

ORATIO.

A domo tua, quæsumus, Domine, spiritales nequitiæ repellantur, et aerearum discedat malignitas tempestatum.

ORATIO.

Ad te, Domine, clamantes exaudi, et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut qui justè pro peccatis affligimur, misericordiâ tuâ præveniente, clementiam sentiamus.

ORATIO.

Largiri et conservare fructus terræ dignare Domine Deus noster, ut temporalibus gaudeamus auxiliis, et proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum, etc. ℟. Amen.

Potest dici et oratio illius Sancti, in cujus honore constructa est Ecclesia, et aliorum Sanctorum, in quibus plus de eorum adjutorio confidimus propter specialem devotionem nostram. Possunt dici et aliæ devotæ orationes cum compunctione, et cordis contritione, implorando semper misericordiam Dei. Et si adhuc tempus tempestuosum perseveraverit, poterunt supradicta pluries repeti.

Digitized by Google

EX CAPITE XXX.°

Salis aspersio in die jovis Sancto, vel circa, agenda ad defendendas domos à maligno spiritu.

Super-pelliceo et stolâ in modum crucis ante pectus indutus Curatus, vel alius Sacerdos loco ejus, in vase salem præparatum habens, faciat primò dicti salis exorcismum, ut supra pag. 84 *de benedictione aquæ, cum oratione* Immensam clementiam, etc.: *quâ finitâ, et accepto dictò salis exorcisati et benedicti vase cum aspersorio, acceptâ à ministro aquâ benedictâ, circumeat per parochianorum domos, dicens exeundo de templo:*

℣. Vias tuas, Domine, demonstra mihi.
℟. Et semitas tuas edoce me.
Gloria Patri, etc.

Et cùm pervenerit ante januam cujuscumque domûs, cum aspersorio ponat aquam benedictam in limine, vel in ipsa janua, et desuper paululum salis imponat et dicat:

Signum salutis pone, Domine, in domibus istis, et non permittas introïre in illas angelum percutientem.

Vel dicat:

Pax huic domui et omnibus habitantibus in eâ: pax ingredientibus et egredientibus ex ea.

Digitized by Google

EX CAPITE XXXIII.°

Precatio tempore grassantis pestilentiæ.

TEMPORE grassantis pestilentiæ, inter alias ad Deum supplicationes, poterit sequens precatio, ut pestilentiam Deus à nobis avertat, fieri. Congregentur Clerus et populus, ut contrito et humili corde conversi ad Dominum, ab una Ecclesia processionaliter, Litanias dicentes, ut moris est, proficiscantur in aliam, in qua eo tempore quo pervenitur celebretur jam Missa; ita ut Processio ad Ecclesiam eo deveniat tempore, quo Celebrans consecravit corpus Domini Jesu Christi : et statim ante sumptionem, Clerus dicat sequentia:

Ex Missali Romano.

RECORDARE, Domine, testamenti tui, et dic Angelo percutienti : cesset jam manus tua, ut non desoletur terra, et ne perdas omnem animam viventem.

℣. Quiescat ira tua, Domine, à populo tuo.

℟. Et à civitate sancta tua. Pater noster. Ave, Maria.

In Dominica Septuagesimæ.

OREMUS.

PRECES populi tui, Domine, quæsumus, clementer exaudi; ut qui justè pro peccatis nostris

Digitized by Google

affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Deus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis et corporis; ut ea quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus.

Dominica quarta post Epiphaniam.

Da nobis, quæsumus, Domine, piæ supplicationis effectum, et pestilentiam à nobis propitiatus averte, ut mortalium corda cognoscant, et te indignante, talia flagella prodire, et te miserante eadem cessare. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Quoad ea quæ hìc desiderantur, adeant Presbyteri, curam animarum gerentes, librum Ritualem.

Laboissière, Vic. gen.

Anglès, Vic. gen.

De mandato,

Aubert, Secret.

Digitized by Google

Additamenta ex Rituali Romano, et quibusdam aliis Ritualibus ritè approbatis, excerpta.

Benedictio annuli.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

BENEDIC ✝, Domine, annulum hunc quem nos in tuo nomine benedicimus ✝, ut quæ eum gestaverit, fidelitatem integram suo sponso tenens, in pace et voluntate tua permaneat, atque in mutua charitate semper vivat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos aspergat annulum aquâ benedictâ in modum crucis, et sponsus acceptum annulum de manu Sacerdotis imponit in digito annulari sinistræ manus sponsæ, Sacerdote dicente: in nomine Pa ✝ tris, et Fi ✝ lii, et Spiritûs ✝ Sancti. Amen. *Mox subjungat*:

Digitized by Google

℣. Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.

℟. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

Kyrie, eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, etc. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus, sperantes in te. ℣. Mitte eis, Domine, auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Esto eis, Domine, turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

RESPICE, quæsumus, Domine, super hos famulos tuos, et institutis tuis, quibus propagationem generis humani ordinasti, benignus assiste; ut qui te auctore junguntur, te auctore serventur. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Si annulus in celebratione matrimonii benedictus, aliquo casu, vel fractus, vel deperditus fuerit, poterit alius sequenti ritu benedici.

℣. Adjutorium, etc., *ut supra.*

OREMUS.

CREATOR et conservator generis humani, Deus, qui viro dedisti adjutorium simile sibi, emitte

Digitized by Google

super hunc annulum bene + dictionem tuam, ut mulier quæ illum gestaverit, sponso suo fidem servet, et puris semper tibi placeat moribus. Per Christum, etc. ℟. Amen.

Sacerdos aspergit annulum aquâ benedictâ, et mulier accipiet annulum et imponet digito suo, et Sacerdos aspergat ipsam aquâ benedictâ.

Benedictio mulieris prægnantis de cujus periculo dubitatur.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Salvam fac ancillam tuam. ℟. Deus meus, sperantem in te. ℣. Esto illi, Domine, turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eam.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare unitatem; quæsumus, ut ejusdem

Digitized by Google

fidei firmitate, hæc famula tua *N.* ab omnibus semper muniatur adversis. Per Dominum nostrum, etc.

OREMUS.

DOMINE Deus, omnium creator, fortis et terribilis, justus atque misericors, qui solus bonus et pius es, qui de omni malo liberasti Israël; qui fecisti patres electos quoslibet, et sanctificasti eos munere Spiritûs tui; qui gloriosæ virginis matris Mariæ corpus et animam ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante præparasti; qui Joannem Baptistam Spiritu sancto replesti, et in utero matris exultare fecisti; accipe sacrificium cordis contriti, ac fervens desiderium famulæ tuæ *N.* humiliter supplicantis pro conservatione prolis debilis, quam ei dedisti concipere, et custodi partem tuam, ac defende ab omni dolo et injuria duri hostis, ut obstetricante manu misericordiæ tuæ, fœtus ejus ad hanc lucem veniat incolumis, ac sanctæ regenerationi servetur, tibique in omnibus jugiter deserviat, et vitam consequi mereatur æternam. Per eundem Dominum, etc.

Deinde aspergitur aquâ benedictâ, dicendo:

Psalm. 66.

DEUS misereatur nostrî et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostrî.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Digitized by Google

Confiteantur tibi populi, Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur et exultent gentes: quoniam judicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, etc.

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu. ℟. Laudemus et superexaltemus eum in sæcula. ℣. Angelis suis Deus mandavit de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus viis tuis. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

VISITA, quæsumus, Domine, cunctam habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea et à presenti famula tua *N.* longè repélle, et Angeli sancti tui habitent in ea; qui eam et ejus prolem in pace custodiant: et bene + dictio tua sit super eam semper: salva eos, omnipotens Deus, et lucem eis tuam concede perpetuam. Per Dominum, etc. ℟. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Pa + tris, et Fi + lii, et Spiritûs + Sancti, descendat et sit super te, et super prolem tuam, et maneat semper. ℟. Amen.

Digitized by Google

Benedictio candelarum extra diem Purificationis B. M. V.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, benedic ✝ candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis, Domine, per virtutem sanctæ Crucis ✝ benedictionem cœlestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemque benedictionem signaculo sanctæ Crucis ✝ accipiant, ut quibuscumque locis accensæ, sive positæ fuerint, discedant principes tenebrarum et contremiscant, et fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis, nec præsumant ampliùs inquietare, aut molestare servientes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Postmodùm aspergantur aquâ benedictâ.

Benedictio domorum prò quocumque anni tempore.

Parochus seu alii Sacerdotes volentes aliquam particularem domum, vel generaliter

Digitized by Google

domos fidelium alio tempore, extra Pascha, infra annum, aspergere aquâ benedictâ, ingredientes domum, dicant: Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea.

Deinde loca aspergendo, dicant Antiphon.

Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor. *Ps. 50.* Miserere meî, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat, etc. *Et repetitur Antiph.* Asperges me, Domine, etc. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

EXAUDI nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergat aquâ benedictâ.

Benedictio thalami.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BENEDIC +, Domine, thalamum hunc, ut omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, et

in

Digitized by Google

in tuâ voluntate permaneant, et senescant, et multiplicentur in longitudine dierum, et ad regna cœlorum perveniant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea aspergatur thalamus aquâ benedictâ.

Benedictio Agni paschalis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occidi jussisti in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, et utrosque postes domorum de sanguine ejusdem agni perungi præcepisti; tu bene † dicere, sancti † ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per resurrectionem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Et mox aspergat aquâ benedictâ.

Digitized by Google

Benedictio ovorum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

SUBVENIAT, quæsumus, Domine, tuæ bene ✝ dictionis gratia huic ovorum creaturæ, ut cibus salubris fiat fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione sumentibus, ob resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Et aspergat aquâ benedictâ.

Benedictio novorum fructuum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BENEDIC ✝, Domine, hos novos fructus *N.*, et præsta, ut qui ex iis in tuo sancto nomine vescentur, corporis et animæ salute potiantur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergat aquâ benedictâ.

Digitized by Google

Benedictio olei simplicis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.

Exorcismus.

EXORCISO te, creatura olei, per Deum Patrem ✝ omnipotentem, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, et omnis incursus, omne phantasma satanæ eradicare, et effugare ab hac creatura olei, ut fiat omnibus, qui eo usuri sunt, salus mentis et corporis, in nomine Dei Patris ✝ omnipotentis, et Jesu ✝ Christi Filii ejus Domini nostri, et Spiritûs Sancti ✝ Paracleti; et in charitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Deus omnipotens, cui stat exercitus Angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognoscitur, dignare respicere et benedicere ✝ et sanctificare ✝ hanc creaturam olei,

Digitized by Google

quam ex olivarum succo eduxisti, et eo infirmos inungi mandasti, quatenùs sanitate perceptâ, tibi Deo vivo et vero gratias agerent; præsta, quæsumus, ut hi, qui hoc oleo, quod in tuo nomine benedicimus ✝ usi fuerint, ab omni langore, omnique infirmitate, atque cunctis insidiis inimici liberentur, et cunctæ adversitates separentur à plasmate tuo, quod pretioso sanguine Filii tui redemisti, ut nunquam lædatur à morsu serpentis antiqui. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate, etc.

Aspergat oleum aquâ benedictâ.

Benedictio vini.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℣. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui in Cana Galileæ ex aqua vinum fecisti; bene ✝ dicere et sancti ✝ ficare digneris hanc creaturam vini, quam ad sustentationem servorum tuorum tribuisti, ut ubicumque fusum fuerit, vel à quolibet potatum, divinâ opulentiæ tuæ bene ✝ dictione repleatur. Qui vivis, etc.

Digitized by Google

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, salus æterna credentium, exaudi nos pro famulo [a] tuo [a], pro quo [a] misericordiæ tuæ imploramus auxilium, ut redditâ sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Christum, etc.

℟. Amen.

Et aspergat aquâ benedictâ

Benedictio salis quod datur animalibus.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domine.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, invisibilis virtutis et inestimabilis, pietatem tuam per sanctum ac tremendum Filii tui nomen suppliciter deprecamur, ut in hanc creaturam Salis bene + dictionem et potentiam invisibilis operationis tuæ infundas; ut animalia quæ necessitatibus humanis tribuere dignatus es, cum ex eo acceperint vel gustaverint, bene + dictione et sancti + ficatione tuâ, ab omni ægritudinis et læsionis incursu, te protegente, custodiantur. Per Christum Dominum nostrum.

Benedictio Dei Pa + tris omnipotentis, et

Digitized by Google

Fi ✝ lii, et Spiritûs ✝ Sancti, descendat super istam creaturam salis, et super accipientes.

℟. Amen.

Mox aspergat aquâ benedictâ.

Benedictio terræ seminatæ, seu plantatæ.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Benedicat nos Deus, Deus noster, et terræ nostræ ubertatem concedat, in centuplum amplificet fructus ejus, ut venientes in exultatione manipulos nostros colligamus. Per Christum, etc.

℟. Amen.

Et aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio communis seminum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Te, rogamus, Domine, ac petimus ut grana seminum frumenti, siliginis, hordei, avenæ,

Digitized by Google

ac aliorum cujuscumque generis extant; tuis oculis serenis hilarique vultu aspicere digneris: sicut autem per Moysen famulum tuum populo tuo pollicitus es, dicens: aperit Dominus thesaurum suum optimum cœlum, ut tribuat pluviam terræ in tempore suo, benedicatque cunctis operibus manuum suarum; ita oramus, Domine, ut nobis misericorditer præstes auxilium gratiæ tuæ et super hæc seminum grana bene + dictionem tuam benignus effundas; non ea volucres cœli suscipiant, non turbo subvertat, nec vis tempestatis grandinumque excrescentia detruncet, nec aeris serenitas aut inundatio pluvialis exterminet, sed incolumia et superabundantia propter usum hominum, ad plenissimam maturitatem perducere digneris. Per Christum, etc. ℟. Amen.

Aspergantur aquâ benedictâ.

Benedictio puerorum et puellarum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Quæsumus, omnipotens Deus, pueris istis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, bene + dicere dignare, et per virtutem Sancti Spiritûs corda eorum corrobora, vitam sancti-

Digitized by Google

fica, castimoniâ decora, et sensus eorum in bonis operibus munitos informa, prospera tribue, pacem concede, salutem confer, charitatem largire, et ab omnibus diabolicis atque humanis insidiis tuâ protectione et virtute semper defende, et in finem ad requiem paradisi eos perducas. Per Dominum nostrum.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui parvulos tibi oblatos, et ad te venientes complectebaris (*hic ponat manus super capita puerorum*) manusque super illos imponens benedicebas atque dicebas: Sinite parvulos venire ad me, et nolite prohibere eos; talium est enim regnum cœlorum, et Angeli eorum semper vident faciem patris mei: respice, quæsumus, ad pueri *vel* puellæ (*si fuerit unus*), *seu* puerorum *vel* puellarum præsentium innocentiam, et ad suorum parentum devotionem, et clementer eos hodiè per ministerium meum bene ✝ dic, ut in tua gratia et misericordia semper proficiant, te sapiant, te diligant, te timeant et mandata tua custodiant, et ad finem optatum feliciter perveniant per te, Salvator mundi, qui cum Patre et Spiritu Sancto, etc.

Benedictio Dei omnipotentis, Pa ✝ tris, et Fi ✝ lii, et Spiritûs ✝ Sancti descendat super vos, et custodiat atque dirigat vos, et maneat semper vobiscum. ℟. Amen.

Digitized by Google

Benedictio fornacis calcariæ.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hominem ad imaginem et similitudinem tuam facere, terrenaque omnia sub pedibus ejus subjicere dignatus es, te supplices exoramus, ut qui altare tuum de lapidibus constructum, calce levigare jussisti, clibanum istum ad recipiendam calcem bene + dicere non recuses; et sicut hæc ad materialia templa in tuum honorem erigenda inservire valebit; ita corda nostra, gratiæ tuæ virtute, perfice templum sanctum majestatis tuæ. Per Christum, etc.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui famulo tuo Moysi in flamma rubi apparuisti, et filios Israël, per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis, ut eis esses dux itineris, utroque tempore transtulisti: adesto propitius invocationibus nostris, ut hanc fornacem, desuper adveniente gratiâ tuâ, ingenti benedictione per nostræ humilitatis servitudinem puri + ficare, bene + dicere et sancti + ficare digneris; ut tuâ

Digitized by Google

benedictione succensa, quidquid in ea ad nostros usus invenitur, etiam ad gloriam et ad honorem tuum referatur. Per Dominum, etc.

OREMUS.

DOMINE sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Filium tuum, angularem scilicet lapidem, claritatis tuæ ignem fidelibus contulisti, productum ex silice, nostris profuturum usibus ignem hunc sanctifica, et concede nobis benedicentibus eum in nomine tuo et unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi et Spiritûs Sancti, ita cœlestibus desideriis inflammari; ut adjuti contra ignita tela inimici, et illustrati tuâ gratiâ cœlesti, ad perpetuam tuæ claritatis gloriam puris mentibus valeamus pertingere.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui solâ motus miseratione tuâ fructus terræ ad vescendum, linum et lanam ad operiendum, civitates et domos ad habitandum humano generi providisti; respice, quæsumus, super hanc accensam fornacem, et infunde super eam bene + dictionem tuam, et præsta ut lapidibus istis optimè in calcem conversis, ad eas quas animo concepimus moles uti feliciter possimus.

DEUS optime et sanctissime, qui surgentes lapides erigi ac levigari calce voluisti; ut in eis omnia legis tuæ præcepta scriberentur: concede nobis famulis tuis ut calx ista, omni impedimento vel adversitate remotâ, eam sortiatur

Digitized by Google

perfectionem quam pro tui gloria et nostri utilitate postulamus.

BENE + DIC, Deus, hanc fornacem, cujus voluntati potestatique non est qui valeat resistere; tu qui vento et mari imperas et obediunt tibi; tu, Domine, qui nos, per virtutum omnium excellentissimam charitatem, tibi adhærere voluisti; da nobis etiam ut ipsius fornacis alius quàm expectatur eventus finisque non existat, sed talis evadat, ut ad quamcumque libuerit molem extruendam, nobis lætantibus, usui esse possit. Per Christum Dominum nostrum, etc.

Circumeatur fornax, et aspergatur aquâ benedictâ, dicendo:

Benedictio Dei omnipotentis Pa + tris, et Fi + lii, et Spiritûs + Sancti descendat super hanc fornacem, super ignem, et super omnia quæ in ea sunt, necnon super nos, et maneat semper. ℟. Amen.

Benedictio habitûs clericalis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus

Digitized by Google

immensam tuæ largitatis abundantiam, ut hoc genus vestimenti ita bene + dicere et sancti + ficare digneris, ut qui illud assumere intendit exteriùs, te interiùs veraciter induere mereatur. Qui vivis, etc.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio vestium.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

BENE + DIC, Domine, vestem istam in honorem et sub protectione beatissimæ virginis Mariæ (*vel* Sancti *seu* Sanctæ *N.*) sumendam; et præsta per invocationem sancti tui nominis, ut qui eam induerit, corporis sanitatem et animæ tutelam percipiat. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Digitized by Google

Benedictio cinguli.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui ut servum redimeres, Filium tuum per manus impiorum ligari voluisti, bene † dic, quæsumus, cingulum istud, et præsta, ut famulus tuus qui eo velut ligamine pœnitentiali sui corporis cingetur, vinculi ejusdem Domini nostri Jesu Christi perpetuò existat amator, tuisque cum affectu semper obsequiis se alligatum esse cognoscat. Per eundem Christum, etc.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio aquæ, in die Sanctæ Agathæ, 5 Februarii.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui es fons vivus et salus æterna credentium., qui de

Digitized by Google

cœlo descendisti; bene ✝ dic et sancti ✝ fica hanc aquam in honorem beatæ Agathæ virginis et martyris tuæ deportatam; et concede per intercessionem ejus, ut ubicumque contra ignem comburentem missa vel aspersa fuerit, illico ignis evanescat; et penitus extinguatur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Aspergat aquâ benedictâ.

Benedictio ramorum, in honorem S. Petri martyris, die 29 Aprilis facienda.

Sacerdos benedicturus, indutus amictu, albâ, cingulo, stolâ et pluviali rubei coloris, cum ministris, si adsint, vel saltem super-pelliceo et stolâ, accedit ad cornu Epistolæ, versâ facie ad ramos, et dicit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, auge in te sperantium fidem, et supplicum preces clementer exaudi: veniat super nos multiplex misericordia tua: benedicantur et hi rami, et sicut in figura Ecclesiæ, multiplicasti Noë de arca egredientem, et Moysen de Ægypto cum filiis Israël exeuntem; ita nos portantes hos ramos ad glo-

Digitized by Google

riam tuam, honoremque beati Petri martyris tui, bonis actibus occurramus Jesu Christo Domino nostro, et per ipsum et intercessionem tui præfati martyris in gaudium introeamus æternum, qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Finitâ oratione, Diaconus, si adest, vel ipse Sacerdos, acceptâ benedictione ut in Missa, ibidemque stans cantat sequens Evangelium, secundùm Joannem: In principio erat Verbum, etc.; *quo dicto, Sacerdos dicet in tono feriali duas sequentes orationes, incipiens absolutè, absque* Dominus vobiscum, *et sine oremus.*

ORATIO.

DEUS, qui dispersa congregas et congregata conservas, tuâ sanctâ cœlestique benedictione bene ✝ dic, quæsumus, hos ramos quos tui famuli ad gloriam nominis tui, honoremque beati Petri martyris tui, fideliter suscipiunt, ut in quemcumque locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius consequantur, et omni tempestate fugatâ, dexterâ suâ potenter defendat Dominus noster Jesus Christus, qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

BENE ✝ DIC, quæsumus, Domine, et sanctifica tuâ sanctâ benedictione hos ramos, et præsta, ut quos populus in tua gloria venerationeque beati Petri martyris tui, hodiernâ die corporaliter agit, hoc spiritualiter summâ devotione perficiat, de hoste maligno victoriam reportan-

Digitized by Google

do, et tranquillitate temporum congaudendo. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Exaudi preces tuorum fidelium, omnipotens Deus, ut sicut Moysi famulo tuo in Helim, ubi erant septuaginta palmæ et duodecim fontes aquarum propitius adfuisti; ita solemnitate sanctissimi Petri martyris tui, quam hodie colimus, adstanti devoto populo tuo, adesse tuâ immensâ pietate digneris, et has palmas quas in honorem tui nominis et pro reverentia ejusdem præfati martyris anhelat, bene + dicere digneris, ut in quibuscumque locis, domibus, hortis, vineis, nemoribus vel agris fuerint collocatæ, tuam largam consequi benedictionem, benignamque custodiam habitatores possessoresve mereantur, atque omnis adversitas fulgurum et tempestates malignorum spirituum per intercessionem et merita ejusdem sanctissimi Petri Martyris diffugiant, et ad nihilum redigantur; quatenus fideles de tua gratuita misericordia confidentes, et palmas devotis manibus suscipientes, et quibus locis visum fuerit collocantes, tam ipsi quam eorum bona ab omni incursu et infestatione nequissimorum dæmonum ineffabili tuâ clementiâ protegantur, et ejusdem beati Petri martyris, assiduo patrocinio salutem mentis et corporis consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Finitâ benedictione aspergit et incensat ramos: postea fit processio more solito, cantando Litanias Sanctorum, vel hymnum Deus tuorum

tuorum militum, etc. : *processione verò finitâ, stans Sacerdos ante altare, incipit intonare Antiphonam:*

Filiæ Jerusalem, venite et videte martyres cum coronis quibus coronavit eos Dominus in die solemnitatis et lætitiæ, alleluia, alleluia.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix, alleluia.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

℣. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia.

℟. Mors Sanctorum ejus, alleluia.

℣. A fulgure et tempestate, alleluia.

℟. Libera nos, Domine, alleluia.

OREMUS.

PROTEGE, Domine, famulos tuos subsidiis pacis, et beatæ Mariæ semper Virginis patrociniis confidentes, à cunctis hostibus redde securos.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, ut beati Petri martyris tui fidem congruâ devotione sectemur, qui pro ejusdem fidei dilatatione martyrii palmam meruit obtinere.

A domo tua, quæsumus, Domine, spirituales nequitiæ repellantur, et aerearum discedat malignitas tempestatum et fulgurum; largiri et conservare digneris fructus terræ, Domine Deus noster, ut temporalibus gaudeamus auxiliis, et spiritua-

Digitized by Google

libus semper proficiamus incrementis. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea Sacerdos admoneat populum ut devotè collocent ramos in possessionibus, dicendo : Sant Pere màrtyr, pregàu per nosaltres, *cum uno* Pater noster *et* Ave Maria.

Benedictio Ramorum in honorem S. Pontii, Episc. et Mart., ad expellendos Cimices è domibus, die 11 *Maii facienda.*

Observet Sacerdos quæ dicta sunt supra pro benedictione Ramorum in honorem sancti Petri martyris, et dicet eàsdem orationes, excepto quod loco Petri *dicat* Pontii; *oratio autem* Exaudi preces, etc., *dicatur ut infra.*

OREMUS.

Exaudi preces tuorum fidelium, omnipotens Deus, ut sicut Moysi famulo tuo, in Helim, ubi erant septuaginta palmæ, et duodecim fontes aquarum propitius adfuisti; ita in solemnitate sanctissimi Pontii, Martyris tui, quam hodie colimus, adstanti devoto populo tuo adesse, tuâ immensâ pietate digneris, et hos ramos, quos in honorem tui nominis, et pro reverentia ejusdem præfati martyris respicere anhelat, bene ✝ dicere digneris; ut in quibuscumque locis, domibus, cubiculis vel lectis fuerint collocati, tuam largam consequi benedictionem, benignamque

Digitized by Google

custodiam habitatores mereantur; atque omnis adversitas cimicum et malignorum spirituum per intercessionem et merita ejusdem sanctissimi Pontii martyris diffugiat, et ad nihilum redigatur; quatenus fideles de tua gratuita misericordia confidentes, et ramos devotis mentibus suscipientes, et quibusvis locis eis visum fuerit, collocantes, tam ipsi, quam eorum bona ab omni incursu et infestatione cimicum, et nequissimorum dæmonum ineffabili tuâ clementiâ protegantur, et ejusdem beatissimi Pontii martyris assiduo patrocinio salutem mentis et corporis consequi mereantur. Per Christum, etc.

Finitâ benedictione adhortetur populum hos ramos decenter habendos, et in suis domibus vel lectulis devotè collocandos.

Benedictio panis et aliarum rerum contra gutturis infirmitatem, in die S. Lupi, 1ª Septembris.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BENE † DIC, Domine, hanc creaturam panis, vini, atque omnium istorum fructuum, sicut benedixisti quinque panes in deserto; ut omnes ex his gustantes, tam animæ quam corporis recipiant sanitatem. Per Christum, etc.

Digitized by Google

OREMUS.

DOMINE sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bene + dicere et sancti + ficare tuâ pietate digneris hunc panem, vinum, fructus arborum, et alia quæ indigni detulimus; et per intercessionem gloriosissimæ virginis Mariæ, et beati Lupi Confessoris tui atque Pontificis, bene + dicere, et ad profectum præsentis familiæ tuæ, atque omnium fidelium præsentium et absentium provenire concede; ut in quocumque loco deprecati fuerint, salvi, et maximè à dolore gutturis efficiantur, et omnes iniquitates, sive illusiones ab eorum habitaculis abscedant, et quicumque ex eis tenuerint et gustaverint, tuâ gratiâ et bene + dictione repleantur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergat aquâ benedictâ.

Benedictio Rosariorum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS et misericors Deus, qui propter ex miam charitatem tuam quâ dilexisti nos, Fi-

Digitized by Google

lium tuum unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum de cœlis in terram descendere, et de beatæ virginis Mariæ dominæ nostræ utero sacratissimo, Angelo nuntiante, carnem suscipere, crucemque et mortem subire, et tertiâ die gloriosè à mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate tenebrarum; obsecramus immensam clementiam tuam, ut hæc signa Rosarii in honorem et laudem ejusdem Genitricis Filii tui bene ✝ dicas et sancti ✝ fices, eisque tantam infundas virtutem Spiritûs sancti, ut quicumque ea super se portaverint, atque attentè et devotè recitaverint, per invocationem sancti nominis tui, corporis sanitatem et animæ tutelam percipiant. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergat aquâ benedictâ.

Benedictio Rosariorum pro confraternitatibus Rosarii, auctoritate apostolicâ, in Ecclesiis parochialibus existentibus.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS et misericors Deus, qui, prop-

Digitized by Google

ter eximiam charitatem tuam quâ dilexisti nos, Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum de cœlis in terram descendere, et de beatæ virginis Mariæ dominæ nostræ utero sacratissimo, Angelo nuntiante, carnem suscipere, crucemque et mortem subire, et tertiâ die gloriosè à mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate tenebrarum; obsecramus immensam clementiam tuam, ut hæc signa Rosarii in honorem et laudem ejusdem Genitricis Filii tui bene + dicas et sancti + fices, eisque tantam infundas virtutem Spiritûs Sancti, ut quicumque horum quodlibet secum portaverit, atque in domo sua reverenter tenuerit, et in eis ad te, secundùm ejusdem sanctæ societatis instituta, divina contemplando mysteria, devotè oraverit, salubri et perseveranti devotione abundet, sitque consors et particeps omnium gratiarum, privilegiorum et indulgentiarum quæ eidem societati, per sanctam sedem apostolicam concessa fuerunt, ab omni hoste visibili et invisibili semper et ubique in hoc sæculo liberetur, et in exitu suo ab ipsa beatissima virgine Maria Dei Genitrice, tibi plenus bonis operibus presentari mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergat aquâ benedictâ.

Digitized by Google

Benedictio Rosarum in festo Rosarii Beatæ Mariæ Virginis facienda.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, creator et conservator generis humani, dator gratiæ spiritualis, et largitor æternæ salutis, benedictione tuâ sanctâ bene ✝ dic has Rosas, quas pro gratiis tibi exsolvendis cum devotione ac veneratione beatæ semperque virginis Mariæ Rosarii hodie tibi præsentamus et petimus benedici, et infunde in eis per virtutem sanctæ Cru ✝ cis benedictionem cœlestem, ut qui eas ad odoris suavitatem, et repellendas infirmitates humano usui tribuisti, talem signaculo sanctæ Cru ✝ cis benedictionem accipiant; ut quibuscumque in infirmitatibus appositæ fuerint, seu qui eas in domibus suis portaverint, ab infirmitate sanentur; discedant diaboli, contremiscant et fugiant pavidi, cum suis ministris, de habitationibus illis, nec amplius tibi servientes inquietare præsumant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergat aquâ benedictâ.

Digitized by Google

Benedictio vexilli ecclesiastici.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, cujus Ecclesia est veluti castrorum acies ordinata, bene ✝ dic hoc vexillum, ut omnes tibi Domino Deo exercituum militantes, per intercessionem beati *N.* patroni, inimicos suos visibiles et invisibiles in hoc sæculo superare, et post victoriam in cœlis triumphare mereantur, per te, Jesu Christe, qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spiritu Sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde aspergat aquâ benedictâ.

Digitized by Google

Benedictio et traditio Vexilli bellici.

Sacerdos, obtentâ licentiâ Episcopi, vexillum bellicum, quod unus è ministris coram eo tenet, benedicere volens, dicit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui es cunctorum benedictio, et triumphantium fortitudo, respice propitius ad preces humilitatis nostræ, et hoc vexillum quod bellico usui præparatum est, cœlesti benedictione sanctifica, ut contra adversarias et rebelles nationes sit validum, tuoque munimine circumseptum, sitque inimicis christiani populi terribile, atque in te confidentibus solidamentum et certa fiducia victoriæ; tu enim es Deus qui conteris bella et cœlestis præsidii sperantibus in te præstas auxilium, per unicum Filium tuum Christum Dominum nostrum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.
℟. Amen.

Deinde aspergit vexillum aquâ benedictâ; tum genuflexo coram eo illo cui vexillum tra-

Digitized by Google

dendum est, consignat ei ipsum vexillum, dicens :

Accipe vexillum cœlesti benedictione sanctificatum, sitque inimicis populi christiani terribile, et det tibi Dominus gratiam, ut ad ipsius nomen et honorem cum illo hostium cuneos potenter penetres incolumis et securus.

Deinde dat ei osculum pacis, dicens : Pax tibi : *qui, accepto vexillo, osculatur manus Sacerdotis, surgit et discedit.*

Benedictio Capsarum ad recondendas reliquias Sanctorum.

Nullæ reliquiæ debent publicè exponi venerationi fidèlium, nisi priùs sint ab ordinario recognitæ et probatæ.

Reliquiæ nudâ manu non tangantur, nisi à viris Deo sacris, aut à sanctimonialibus, dum eas in thecis collocant, aut adornant.

Sacerdos ab ordinario delegatus, sic procedit :

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens Deus, Pater Domini nostri Jesu

Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo et in terra nominatur; te supplices exoramus, ut hæc vascula Sanctorum tuorum pignoribus præparata, eisdem sanctis tuis intercedentibus, cœlesti bene ✝ dictione perfundere digneris; quatenus qui eorum patrocinia requirunt, ipsis intercedentibus, cuncta sibi adversantia, te juvante superare; et omnia profutura, abundantiâ largitatis tuæ, mereantur invenire. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergat capsas aquâ benedictâ.

Benedictio vasorum pro sacris Oleis includendis.

Sacerdos, ab ordinario delegatus, sic procedit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Exaudi, Domine, preces nostras, et hæc vasa quæ tibi offerimus, sancti ✝ ficare digneris, ut ab iis omnis spiritus immundus abcedat; et per tuam bene ✝ dictionem ad usum et ministerium Ecclesiæ tuæ consecrata permaneant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergat vasa aquâ benedictâ.

Digitized by Google

Benedictio ignis in vigilia nativitatis sancti Joannis Baptistæ.

Intus Ecclesiam, Sacerdos super-pelliceo, stolâ et pluviali albi coloris indutus, intonabit flexis genibus hymnum.

Veni, creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple supernâ gratiâ,
Quæ tu creasti pectora.

Quo dicto omnes surgunt, et pergitur processionaliter ad ignem, extra fores Ecclesiæ, cantando:

Qui Paracletus diceris,
Donum Dei Altissimi;
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Dextræ Dei tu digitus;
Te rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longiùs,
Pacemque dones protinus;
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne noxium.

Digitized by Google

Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Te utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Gloria Patri, Dómino,
Natoque, qui à mortuis
Surrexit ac Paráclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

Quo dicto, Celebrans dicit cantando:

℣. Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terræ.

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritûs illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea Celebrans accendit ignem cum uno ex cereis acolytorum, intonando hymnum:

Ut queant laxis resonare fibris,
Mira gestorum famuli tuorum;
Solve polluti labii reatum,
Sancte Joannes.

Nuntius celso veniens olympo,
Te Patri magnum fore nasciturum,
Nomen et vitæ seriem gerendæ
Ordine promit.

Ille promissi dubius superni,
Perdidit promptæ modulos loquelæ;
Sed reformasti genitus peremptæ
Organa vocis.

Digitized by Google

Ventris obstruso recubans cubili,
Senseras regem thalamo manentem;
Hinc parens nati, meritis uterque,
Abdita pandit.

Gloria Patri, genitæque proli,
Et tibi compar utriusque semper,
Spiritus alme, Deus unus omni
Tempore sæcli. Amen.

℣. Paravi lucernam Christo meo.

℟. Super ipsum efflorebit sanctificatio mea.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, bene + dic hunc ignem quem in honorem sancti Joannis Baptistæ lætantes accendimus, et concede ut gratiâ tuâ illuminati, et amore tuo succensi, securi perveniamus ad te, quem sanctus præcursor et cecinit adfuturum et adesse monstravit Salvatorem mundi. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, etc. ℟. Amen.

Mox Celebrans aspergit ignem aquâ benedictâ, dicendo Antiphon. Asperges, etc., *et intonet Hymnum* Te Deum, etc., *et omnes revertuntur processionaliter intus Ecclesiam, et Celebrans dicit cantando:*

℣. Benedicamus, etc.

℟. Laudemus, etc.

Oratio pro gratiarum actione.

Deus, cujus misericordiæ non est numerus,

Digitized by Google

et bonitatis infinitus est thesaurus : piissimæ majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes ; ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas. Per Christum, etc.

Benedictio pro qualibet re, quæ specialem benedictionem non habet.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam quam in usum humani generis tribuisti, bene ✝ dicere et sancti ✝ ficare tuâ pietate digneris ; ut sit omnibus eam adhibentibus salus mentis et corporis, et ubicumque fuerit applicata, tollatur omnis immunditia ; et cesset omnis impugnatio spiritalis nequitiæ. Per Christum, etc.

Et aspergat aquâ benedictâ

Digitized by Google

DE PROCESSIONIBUS.

Publicæ sacræque Processiones, seu supplicationes, quibus ex antiquissimo sanctorum Patrum instituto, Catholica Ecclesia, vel ad excitandam fidelium pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinum auxilium implorandum uti consuevit, quâ par est religione celebrari debent. Continent enim magna et divina mysteria et salutares christianæ pietatis fructus, eas piè exequentes à Deo consequuntur, de quibus fideles prœmonere et erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum officium est.

Videant in primis Sacerdotes, aliique Ecclesiastici ordinis, ut in iis Processionibus ea modestia ac reverentia, tum ab ipsis, tum ab aliis adhibeatur, quæ piis et religiosis hujusmodi actionibus maximè debetur.

Omnes, decenti habitu, super-pelliceis, vel aliis sacris vestibus, sine galeris, nisi pluviâ cogente, induti, graviter, modestè ac devotè bini suo loco procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut remoto risu, mutuoque colloquio, et vago oculorum aspectu, populum etiam ad piè devotèque precandum invitent.

Laïci à Clericis, fœminæ à viris separatæ, orantes prosequantur.

Præferatur Crux, et ubi fuerit consuetudo, vexillum

Digitized by Google

vexillum sacris imaginibus insignitum, non tamen factum militari, seu triangulari formâ.

Edendi ac bibendi abusum, secumve esculenta et poculenta deferendi in sacris Processionibus, agrisque lustrandis, et suburbanis Ecclesiis visitandis tollere Parochi studeant, ac fideles, præsertim die Dominicâ, quæ proximè Rogationes antecedit, quàm hæc dedeceat corruptela sæpius admoneant.

Processiones priùs fieri debent, deinde Missa solemniter celebrari; nisi aliter ob gravem causam interdum ordinario vel Clero videatur.

Processiones autem quædam sunt ordinariæ, quæ fiunt certis diebus per annum. Quædam verò sunt extraordinariæ, ut quæ variis ac publicis Ecclesiæ de causis in dies inducuntur.

De Processione in die festo Purificationis Beatæ Mariæ semper Virginis.

Completa benedictione et distributione candelarum, ut in Missali Romano, fit Processio. Et primò Celebrans imponit incensum in thuribulum: deinde Diaconus vertens se ad populum, dicit:

℣. Procedamus in pace. ℟. In nomine Christi. Amen.

Præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante; deinde Subdiaconus paratus deferens Crucem, medius inter duos acolytos cum candelabris et candelis accensis: sequitur Clerus

Digitized by Google

per ordinem, ultimò Celebrans cum Diacono à sinistris, omnes cum candelis accensis in manibus, et cantantur Antiphonæ sequentes:

Antiph. Adorna thalamum tuum Sion, et suscipe regem Christum, amplectere Mariam, quæ est cœlestis porta; ipsa enim portat regem gloriæ novi luminis: subsistit virgo adducens in manibus filium ante luciferum genitum, quem accipiens Simeon in ulnas suas, prædicavit populis Dominum eum esse vitæ et mortis, et Salvatorem mundi.

Alia Antiph. Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. Et cùm inducerent puerum in templum, accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum, et dixit: Nunc dimittis servum tuum, Domine, in pace.

℣. Cùm inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundùm consuetudinem legis pro eo, ipsè accepit eum in ulnas suas.

Et ingrediendo Ecclesiam, cantatur:

℟. Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum, sicut scriptum est in lege Domini.

℣. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundùm legem Moysi, tulerunt Jesum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. Sicut, etc. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut, etc.

Finitâ Processione, Celebrans et ministri, depositis violaceis, accipiunt paramenta alba

Digitized by Google

pro Missa, et candelæ tenentur in manibus accensæ, dum legitur Evangelium, et iterum ad elevationem Sacramenti usque ad Communionem

---

De Processione in die Palmarum.

In Dominica Palmarum, factâ benedictione et distributione Palmarum, seu olivarum, post ultimam orationem, Omnipotens sempiterne Deus, etc., *fit Processio, ac primùm Celebrans imponit incensum in thuribulum, et Diaconus vertens se ad populum, dicit:* Procedamus in pace. *Et chorus respondet:* In nomine Christi, Amen.

Præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante, deinde Subdiaconus deferens Crucem, medius inter duos acolytos, cum candelabris et candelis accensis; sequitur Clerus per ordinem, ultimò Celebrans cum Diacono à sinistris, omnes cum ramis in manibus, et cantantnr sequentes Antiphonæ, omnes vel aliquæ, quousque durat Processio.

Antiph. Cùm appropinquaret Dominus Jerosolymam, misit duos ex discipulis suis, dicens: Ite in castellum quod contra vos est, et invenietis pullum asinæ alligatum, super quem nullus hominum sedit; solvite et adducite mihi: si quis vos interrogaverit, dicite: opus Domino est. Solventes adduxerunt ad Jesum, et imposuerunt illi vestimenta sua, et sedit super eum:

Digitized by Google

alii expandebant vestimenta sua in via, alii ramos de arboribus sternebant, et qui sequebantur clamabant : Hosanna : benedictus qui venit in nomine Domini ; benedictum regnum patris nostri David, hosanna in excelsis, miserere nobis fili David.

Alia Antiph. Cùm audisset populus quia Jesus venit Jerosolymam, acceperunt ramos palmarum, et exierunt ei obviam, et clamabant pueri, dicentes : hic est qui venturus est in salutem populi, hic est salus nostra, et redemptio Israël. Quantus est iste, cui throni et dominationes occurrunt ! Noli timere filia Sion ; ecce rex tuus venit tibi sedens super pullum asinæ, sicut scriptum est. Salve rex fabricator mundi, qui venisti redimere nos.

Alia Antiph. Ante sex dies solemnis Paschæ, quando venit Dominus in civitatem Jerusalem, occurrerunt ei pueri, et in manibus portabant ramos palmarum, et clamabant voce magnâ, dicentes : hosanna in excelsis : Benedictus qui venisti in multitudine misericordiæ tuæ : hosanna in excelsis.

Alia Antiph. Occurrunt turbæ cum floribus et palmis redemptori obviam, et victori triumphanti digna dant obsequia : Filium Dei ore gentes prædicant, et in laudem Christi voces tonant per nubila, hosanna in excelsis.

In reversione Processionis, duo vel quatuor Cantores intrant in Ecclesiam, et clauso ostio stantes versâ facie ad Processionem, incipiunt : Gloria, Laus ; *et cantant duos primos* ℣.

Digitized by Google

Sacerdos verò, cum aliis, extra Ecclesiam, repetit eosdem. Deinde qui sunt intùs, cantant ℟. *sequentes, vel omnes, vel partem, prout Cantori videbitur; et qui sunt extra, ad quoslibet duos* ℣. *respondent*: Gloria, Laus, *sicut à principio.* Gloria, laus et honor tibi sit rex Christe Redemptor, cui puerile decus prompsit hosanna pium. ℟. Gloria.

℣. Israël es tu rex Davidis, et inclyta proles, nomine qui in Domini rex benedicte venis.

℟. Gloria.

℣. Cœtus in excelsis te laudat cœlicus omnis, et mortalis homo, et cuncta creata simul.

℟. Gloria.

℣. Plebs Hebræa tibi cum palmis obvia venit, cum prece et voto hymnum canimus ecce tibi.

℟. Gloria.

Postea Subdiaconus hastili Crucis percutit portam Ecclesiæ, quâ statim apertâ, Processio intrat Ecclesiam, cantando sequens responsorium:

℟. Ingrediente Domino in sanctam civitatem, Hebræorum pueri resurrectionem vitæ pronuntiantes, cum ramis palmarum hosanna clamabant in excelsis.

℣. Cum audisset populus, quod Jesus veniret Jerosolymam, exierunt obviam ei cum

Et non dicitur Gloria Patri: *deinde dicitur Missa, et rami tenentur in manibus, dum cantatur Passio et Evangelium tantùm.*

Digitized by Google

Ordo servandus in Litaniarum majorum Processione, quæ in die festo S. Marci celebratur.

Clerus et populus, horâ statutâ, mane in Ecclesia congregati, omnes contrito et humili corde, Deum, flexis genibus, paulisper precentur. Sacerdos pluviali cum ministris, vel saltem super-pelliceo, et stolâ violacei coloris sit indutus; cujus coloris habitu in reliquis Processionibus semper utatur, præterquam in Processionibus Corporis Christi, et quæ fiunt solemnibus diebus, vel in gratiarum actionem, quibus diebus utitur colore propriæ solemnitati congruente: cæteri verò Sacerdotes et Clerici super-pelliceis induti sequentem Antiphonam stantes concinant:

Antiphona.

Exurge, Domine, adjuva nos et libera nos propter nomen tuum.

Tempore Paschali additur, Alleluia, allel.

Psalmus.

Deus, auribus nostris audivimus: patres nostri annuntiaverunt nobis. Gloria Patri.

Repetitur Antiph. Exurge, Domine, etc.: *deinde genuflectant omnes, et duo Clerici ante altare majus genuflexi, devotè Litanias cantare incipiant, cæteris eâdem voce respondentibus: cùm autem cantatum erit:*

Sancta Maria, ora pro nobis.

Digitized by Google

Surgunt omnes, et ordinatim procedunt egredientes, Litaniasque prosequentes, præcedente Cruce, et sequente Clero, ultimo loco Sacerdos paratus, ut supra dictum est, cum ministris, prout res vel locus postulat, sacris vestibus indutis.

Si Processio fit longior, vel repetantur Litaniæ, vel Litaniis absolutis usque ad preces exclusivè, dicantur aliqui Psalmi ex Pœnitentialibus, seu gradualibus; hymni verò, vel cantica lætitiæ in iis; vel in Rogationibus, aut aliis pœnitentiæ causâ institutis Processionibus, non dicantur.

Si ad unam vel plures Ecclesias in via sit divertendum; ingressis Ecclesiam, intermissisque Litaniis vel Psalmis, cantatur Antiph. cum versu et oratione sancti Patroni illius Ecclesiæ; deinde egredientes resumptis precibus, eodem ordine procedunt usque ad Ecclesiam, ubi cum precibus et orationibus omnibus Processio terminatur.

LITANIÆ.

Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere.
Spiritus Sancte Deus, miserere.

Digitized by Google

Sancta Trinitas unus Deus, miserere.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes sancti Angeli et Archangeli, orate.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate.
Sancte Joannes Baptista, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriarchæ et Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apostoli et Evangelistæ, orate.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate.
Omnes sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.

Digitized by Google

Sancti Fabiane et Sebastiane, orate.
Sancti Joannes et Paule, orate.
Sancti Cosma et Damiane, orate.
Sancti Gervasi et Protasi, orate.
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Sylvester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Hyeronime, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes sancti Pontifices et Confessores, orate.
Omnes sancti Doctores, orate.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes sancti Sacerdotes et Levitæ, orate.
Omnes sancti Monachi et Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes sanctæ Virgines et Viduæ, orate.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius esto, parce nobis, Domine.
Propitius esto, exaudi nos, Domine.
Ab omni malo, libera nos, Domine.

Digitized by Google

Ab omni peccato, libera.
Ab ira tua, libera.
A subitanea et improvisa morte, libera.
Ab insidiis diaboli, libera.
Ab ira et odio, et omni mala voluntate, libera.
A spiritu fornicationis, libera.
A fulgure et tempestate, libera.
A morte perpetua, libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, lib.
Per adventum tuum, libera.
Per Nativitatem tuam, libera.
Per Baptismum et sanctum jejunium tuum, lib.
Per Crucem et Passionem tuam, libera.
Per mortem et sepulturam tuam, libera.
Per sanctam Resurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem Ascensionem tuam, libera.
Per adventum Spiritûs sancti Paracleti, libera.
In die judicii, libera.
Peccatores, te rogamus, audi nos.
Ut nobis parcas, te rog.
Ut nobis indulgeas, te rog.
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rog.
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere et conservare digneris, te rog.
Ut domnum apostolicum et omnes ecclesiasticos ordines, in sancta religione conservare digneris, te rog.
Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rog.
Ut regibus et principibus christianis pacem et veram concordiam donare digneris, te rog.
Ut cuncto populo Christiano pacem et unitatem largiri digneris, te rog.

Digitized by Google

Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris, te rog.
Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, te rogamus.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rog.
Ut fructus terræ dare et conservare digneris, te rog.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rog.
Ut nos exaudire digneris, te rog.
Fili Dei, te rog.
Agnus Dei, qui toilis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Kyrie, eleison. Christe, eleison.
Kyrie, eleison. Pater noster, *secretò*.

℣. Et ne nos inducas in tentatiouem.
℟. Sed libera nos à malo

Psalmus 69.

Deus in adjutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina.
Confundantur, et revereantur: qui quærunt animam meam.

Digitized by Google

Avertantur retrorsùm, et erubescant: qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi: euge, euge.

Exultent et lætentur in te omnes, qui quærunt te: et dicant semper, magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego verò egenus et pauper sum: Deus, adjuva me.

Adjutor meus, et liberator meus es tu: Domine, ne moreris.

Gloria Patri, etc. Sicut erat, etc.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus, sperantes in te.

℣. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℟. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Domine, non secundùm peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Oremus pro Pontifice nostro *N.*

℟. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

℣. Oremus pro benefactoribus nostris.

℟. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.

Digitized by Google

℣. Oremus pro fidelibus defunctis.

℟. Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

℣. Pro fratribus nostris absentibus.

℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte eis, Domine, auxilium de sancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, cui proprium est misereri semper, et parcere, suscipe deprecationem nostram; ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, misericordiæ tuæ pietatis clementer absolvat.

EXAUDI, quæsumus, Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

INEFFABILEM nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et à peccatis omnibus exuas, et à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Digitized by Google

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris ; preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuæ iracundiæ, qua pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro *N.*, et dirige eum secundùm tuam clementiam in viam salutis æternæ, ut te donante, tibi placita cupiat, et totâ virtute perficiat.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublatâ formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla.

Ure igne Sancti Spiritûs renes nostros, et cor nostrum, Domine ; ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus, Domine, aspirando præveni, et adjuvando prosequere ; ut cuncta nostra oratio, et operatio à te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.

Digitized by Google

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse præ-noscis : te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jàm exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementiâ, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

℣. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

In Litaniis minoribus Rogationum, servantur omnia, ut suprà in Litaniis majoribus.

De Processione in festo SS. Corporis Christi.

DUM Sacerdos discedit ab altari, Clerus vel Sacerdos cantare incipit :

Hymnus.

SACRIS solemniis juncta sint gaudia,
Et ex præcordiis sonent præconia ;

Digitized by Google

Recedant vetera, nova sint omnia,
Corda, voces, et opera.

Noctis recolitur cœna novissima,
Quâ Christus creditur agnum et azyma
Dedisse fratribus, juxta legitima
Priscis indulta patribus.

Post Agnum typicum, expletis epulis,
Corpus Dominicum datum discipulis,
Sic totum omnibus, quod totum singulis,
Ejus fatemur manibus.

Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit et tristibus sanguinis poculum,
Dicens: Accipite quod trado vasculum,
Omnes ex eo bibite.

Sic sacrificium istud instituit,
Cujus officium committi voluit
Solis Presbyteris, quibus sic congruit,
Ut sumant et dent cæteris.

Panis Angelicus fit panis hominum,
Dat panis cœlicus figuris terminum:
O res mirabilis! manducat Dominum
Pauper, servus et humilis.

Te, trina Deitas unaque, poscimus,
Sic nos tu visita, sicut te colimus:
Per tuas semitas duc nos quò tendimus,
Ad lucem quam inhabitas. Amen.

Qui Hymnus poterit pluries repeti.

Peractâ Processione, et sanctissimo Sacramento ad Ecclesiam reportato, et super altare deposito, omnes Ecclesiastici, qui adsint, hinc inde ordine genuflexi illud reverenter adorantes,

Digitized by Google

adorantes, dum Sacerdos, de more incensat, concinant :

TANTUM ergò Sacramentum
Veneremur cernui ;
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui :
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.

GENITORI, genitoque
Laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque,
Sit et benedictio :
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

Postea duo Clerici dicant :

℣. Panem de cœlo præstitisti eis, alleluia.

℟. Omne delectamentum in se habentem, alleluia.

Deinde Sacerdos stans, dicit :

OREMUS.

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue, quæsumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra Mysteria venerari ; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in sæcula, etc.

Tunc Sacerdos factâ genuflexione, cum Sacramento benedicat populum, de more, nihil dicens : postea illud reverenter reponat in tabernaculum.

Digitized by Google

Hic autem modus servatur etiam in aliis Processionibus faciendis cum SS. Sacramento.

De Processione in die festo Assumptionis B. M. Virginis, 15 Augusti.

Dum Celebrans pervenit ante altare majus, Clerus, vel ipse Celebrans, genuflexus, intonet :

Ave, maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cœli porta.
Sumens illud Ave,
Gabrielis ore;
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cœcis;
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis;
Nos, culpis solutos,
Mites fac et castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,

Digitized by Google

Ut videntes Jesum
Semper collætemur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus;
Spiritui sancto,
Trinus honor unus. Amen.

℣. Exaltata est sancta Dei Genitrix.
℟. Super choros Angelorum.

ORATIO.

Famulorum tuorum, quæsumus, delictis ignosce; ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis tui Domini nostri intercessione salvemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

In omnibus Ecclesiis parochialibus, in quibus sunt erectæ confraternitates SS. Rosarii B. M. V., auctoritate apostolicâ, singulis primis Dominicis mensis per annum, fit Processio B. M. V. Post Processionem decantantur laudes, vulgò Goigs, *in honorem B. M. V., et post Celebrans debet decantare:*

℣. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

Deus, cujus unigenitus, per vitam, mortem, et resurrectionem suam, nobis salutis æternæ præmia comparavit; concede, quæsumus, ut hæc mysteria sanctissimo beatæ Mariæ Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt assequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Digitized by Google

Ordo servandus in publicis Supplicationibus quæ variis Ecclesiæ de causis, juxtà ritum Diœcesis nostræ sunt peragendæ.

1.° *Quoties ab illustrissimo et reverendissimo domino et patre nostro Episcopo jubentur fieri publicæ supplicationes processionaliter ; congregato Clero, et convocatis de more fidelibus, horâ statutâ, omnes contrito et humili corde Deum flexis genibus paulisper precentur. Sacerdos, albâ et stolâ ac pluviali violacei coloris, cum ministris [si adsint], indutus, sistit se coram altari majori : interim Chorus sequentem antiphonam stando concinit :*

Exurge, Domine, adjuva nos, et libera nos propter nomen tuum. *Temp. Pasch.* Alleluia, alleluia.

Ps. Deus, auribus nostris audivimus : patres nostri annuntiaverunt nobis.

Gloria Patri, etc.

Repetitâ antiphonâ, Exurge, *genuflectunt omnes, et duo cantores ante altare majus genuflexi, Litanias cantare incipiunt, choro respondente. Cùm autem cantatum erit* Sancta Maria, ora pro nobis, *vel alius versus pro*

Digitized by Google

Parochiæ consuetudine, surgunt omnes, et ordinatim egredientes ex Ecclesia, processionaliter procedunt, ut moris est in unaquaque Parochia, Litanias prosequentes cum majori vel minori pausa, prout processio longior vel brevior fieri debet, ita ut Litaniæ continuò decantentur, donec regrediantur ad Ecclesiam, ubi cum precibus et orationibus omnibus quæ leguntur post Litanias, processio terminatur: quibus peractis, Sacerdos depositis violaceis vestibus, et indutus pluviali albo, exponit SS. Sacramentum patens in custodia, vel saltem inclusum in pixide, et accenduntur cerei, quorum numerus non potest esse minor quatuor cereis in locis ubi Ecclesiæ fabrica ampliores nequit sumptus facere. Ad talem autem expositionem faciendam, cantetur tantùm prima strophe hymni, Sacris solemniis, *et fiant debitæ incensationes* [*deinde cantatur Missa solemnis de SS. Sacramento, si fiant supplicationes antemeridiano tempore*] *: sin autem fiant pomeridiano tempore, cantetur Psalm. 50*, Miserere ; *postea cantetur strophe :* Tantum ergo Sacramentum : *quâ finitâ, statim Celebrans cantet versus sequentes :*

℣. Panem de cœlo præstitisti eis. *Tempore Paschali*, etc. Alleluia.

℟. Omne delectamentum in se habentem. *Temp. Pasch.*, etc., alleluia.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Digitized by Google

℣. Adducentur regi virgines post eam. *Temp. Pasch.*, etc. Alleluia.

℟. Proximæ ejus afferentur tibi. *Temp. Pasch.* Alleluia.

Recitentur etiam versus pro patronis Ecclesiæ, hic vel alibi, pro dignitate illorum decantandis; quod in recitanda oratione similiter est observandum.

Addantur quoque versus qui recitandi sunt pro illa necessitate quæ dedit causam supplicationi : qui versus infra habentur cum suis orationibus.

Finitis omnibus versibus, surgit Celebrans, dicens :

OREMUS.

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue, quæsumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra Mysteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetuâ mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosâ beatæ Mariæ semper virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, et æternâ perfrui lætitiâ.

DA nobis, quæsumus, Domine Deus noster, Sanctarum Virginum et Martyrum Eulaliæ et Juliæ palmas incessabili devotione venerari, ut quas dignâ mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis.

Digitized by Google

Recitentur etiam orationes pro Patrono et pro illa necessitate quæ dedit causam supplicationi : quæ orationes infra habentur, servato eodem ordine quem diximus supra observandum esse in recitandis versibus.

Prædictæ orationes sic concludantur : Qui vivis et regnas Deus, in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Finitis orationibus, datur benedictio de more solito cum SS. Sacramento sive in custodia, sive in pixide fuerit expositum. Interim cantatur strophe, Genitori, etc. *reposito Sacramento intra tabernaculum, cum debitis genuflexionibus, recedit Sacerdos, quo recedente, surgunt omnes et sine strepitu, sed in modestia ac silentio recedant.*

2.° *Si non jubeantur preces fieri processionaliter, tunc, congregato Clero, et convocatis fidelibus, horâ statutâ, ut supra, Sacerdos, super-pelliceo ac stolâ, ac pluviali albi coloris indutus, procedit cum ministris [si adsint], ad altare majus, ubi exponit SS. Sacramentum, ut supra [deinde cantatur Missa solemnis de SS. Sacramento, si fiant supplicationes antemeridiano tempore] : postea cantentur Litaniæ Sanctorum, cum precibus et orationibus omnibus quæ leguntur post Litanias. Deinde cantetur strophe*, Tantum ergo Sacramentum, *quâ finitâ, statim Celebrans cantet* :

℣. Panem de cœlo, etc.

Et cætera peragat ut supra.

Digitized by Google

Versus et orationes pro variis necessitatibus.

Ad petendam pluviam.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas, *Temp. Pasch.* alleluia.

℟. Et ostendit illi regnum Dei. *Temp. Pasch.* alleluia.

℣. Operi, Domine, cœlum nubibus.

℟. Et para terræ pluviam.

ORATIO.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, quas in B. Gauderici, confessoris tui, commemoratione deferimus; ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus qui tibi placuit precibus adjuvemur.

Deus, in quo vivimus, movemur et sumus, pluviam nobis tribue congruentem, ut præsentibus auxiliis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus.

Da nobis, quæsumus, Domine, pluviam salutarem, et aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde. Qui vivis et regnas, Deus, in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Digitized by Google

Ad postulandam serenitatem.

℣. Justum deduxit, etc. *ut suprà.*

℣. Adduxisti, Domine, spiritum tuum super terram.

℟. Et prohibitæ sunt pluviæ de cœlo.

ORATIO.

ADESTO, Domine, supplicationibus nostris, *ut suprà.*

AD te nos, Domine, clamantes exaudi, et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus, ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordiâ tuâ præveniente clementiam sentiamus.

QUÆSUMUS, omnipotens Deus, clementiam tuam, ut inundantiam coerceas imbrium, et hilaritatem vultûs tui nobis impertiri digneris. Qui vivis et regnas, Deus, in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Ad postulandam conservationem fructuum terræ.

℣. Justum deduxit, etc. *ut suprà.*

℣. Dominus dabit benignitatem.

℟. Et terra nostra dabit fructum suum.

Digitized by Google

ORATIO.

ADESTO, Domine, supplicationibus nostris, etc. *ut suprà.*

LARGIRI et conservare fructus terræ dignare, Domine Deus noster; ut temporalibus gaudeamus auxiliis, et spiritualibus proficiamus incrementis.

DEUS, fragilitatis humanæ mirificus consolator, et largifluus bonorum omnium distributor; præsta familiæ tuæ, quam alimentis spiritualibus reficere dignatus es, fructus quoque terræ, quos te auctore protulit, jam virentes, tuâ pietate durare illæsos, ac cœlesti maturitate perfectos, tuis fidelibus elargiri; ut his auxiliis sufficienter adjuti, te semper fervèntius laudent, diligant et adorent. Qui vivis, etc.

Tempore pœnuriæ et famis.

℣. Justum deduxit, etc. *ut suprà.*

℣. Oculi omnium in te sperant, Domine.

℟. Et tu das illis escam in tempore opportuno.

ORATIO.

ADESTO, Domine, supplicationibus nostris, etc. *ut suprà.*

DA nobis, quæsumus, Domine, piæ supplicationis effectum, et famem propitiatus averte,

Digitized by Google

ut mortalium corda cognoscant, et te indignante talia flagella prodire, et te miserante cessare.

GUBERNA, quæsumus, Domine, temporalibus alimentis, quos dignaris æternis informare mysteriis. Qui vivis, etc.

Tempore belli.

℣. Exurge, Domine, adjuva nos.

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

ORATIO.

DEUS, qui conteris bella, et impugnatores in te sperantium, potentiâ tuæ defensionis impugnas, auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam, ut inimicorum tuorum feritate depressâ, incessabili te gratiarum actione laudemus.

DEUS, regnorum omnium, regumque dominator, qui nos et percutiendo sanas, et ignoscendo conservas, prætende nobis misericordiam tuam, ut tranquillitate pacis tuâ potestate servatâ, ad remedia correctionis utamur. Qui vivis, etc.

Si bellum sit contra Turcas et Infideles,

℣. Hostium nominis tui, Domine, elide superbiam.

℟. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.

Digitized by Google

ORATIO.

DA, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, misericors Deus, ut Sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates et omnium jura regnorum; respice in auxilium christianorum, ut gentes Turcarum seu hæreticorum quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentiâ conterantur. Qui vivis, etc.

Pro quacumque tribulatione.

℣. Adjuva nos, Deus, salutaris noster.

℟. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

ORATIO.

INEFFABILEM misericordiam tuam, Domine, nobis clementer ostende; ut simul nos et à peccatis omnibus eruas, et à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEUS, refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis: et præsta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Qui vivis, etc.

Digitized by Google

Pro gratiarum actione.

Hymnus.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te æternum patrem : omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli : tibi Cœli et universæ potestates.

Tibi Cherubim et Seraphim : incessabili voce proclamant,

Sanctus , Sanctus , Sanctus : Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt Cœli et terra : majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus : Apostolorum Chorus.

Te Prophetarum : laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus : laudat exercitus.

Te per orbem terrarum : sancta confitetur Ecclesia.

Patrem : immensæ majestatis.

Venerandum tuum verum : et unicum Filium.

Sanctum quoque : Paraclytum Spiritum.

Tu Rex : gloriæ Christe.

Tu Patris : sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem : non horruisti Virginis uterum.

Tu , devicto mortis aculeo : aperuisti credentibus regna Cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes : in gloria Patris.

Judex crederis : esse venturus.

Te ergo quæsumus famulis tuis subveni : quos pretioso sanguine redemisti.

Digitized by Google

Æternâ fac, cum sanctis tuis in : gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine : et benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos : et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies : benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum : et in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto : sine peccato nos custodire.

Miserere nostrî, Domine, miserere nostrî.

Fiat misericordia tua, Domine : super nos : quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi : non confundar in æternum.

℣. Benedicamus Patrem et Filium, cum Sancto Spiritu.

℟. Laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

O R E M U S.

Deus, cujus misericordiæ non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus : piissimæ majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes ; ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas. Per Christum, etc.

Si fiat processio pro gratiarum actione, decantetur per viam hymnus Te Deum, *et repetitur, si opus sit : et si juxtà mandatum DD. Episcopi debeat exponi SS. Sacramentum,*

Digitized by Google

exponetur ut supra. Postea ℣. et orationes de SS. Sacramento, de beata Maria, et de Patronis Ecclesiæ, et datur benedictio de more ut supra.

Proprium Ecclesiæ majoris sancti Joannis Baptistæ oppidi Perpiniani.

Post ℣. Ora pro nobis, etc., *recitetur*:

℣. Iste puer magnus coram Domino.

℟. Nam et manus ejus cum ipso est.

Non recitatur oratio Concede, etc., *sed ejus loco dicitur:*

ORATIO.

DEFENDE, quæsumus, Domine, B. Mariâ semper virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, et toto corde tibi prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidiis.

Et statim:

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, ut familia tua per viam salutis incedat, et beati Joannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit secura perveniat, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Digitized by Google

MODUS

A SS. D. N. Benedicto Papa XIV approbatus,

Pro opportunitate temporis servandus, ut infrà in Rubricis notatur, ad impertiendam benedictionem in articulo mortis constitutis, ab his qui facultatem habent à sede apostolica delegatam.

Benedictio in articulo mortis, cùm soleat impertiri post Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ et Extremæ-Unctionis illis infirmis qui vel illam petierint dum sanâ mente et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, seu dederint signa contritionis; impertienda iisdem est, etiamsi postea linguæ cæterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amentiam inciderint; excommunicatis verò, impœnitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omninò deneganda. Habens prædictam facultatem, ingrediendo cubiculum ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic domui, etc., *ac deinde ægrotum, cubiculum et circumstantes aspergat aquâ benedictâ, dicendo antiphonam,* Asperges, etc.

Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum

Digitized by Google

illum et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat, tum instruat atque hortetur ut morbi incommoda ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultrò acceptandum quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem pœnarum quas peccando promeruit. Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore ut, ex divinæ munificentiæ largitate, eam pœnarum remissionem et vitam sit consecuturus æternam. Postea dicat:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

Antiphona.

Ne reminiscaris, Domine, delicta famuli tui [*vel* ancillæ tuæ], neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Pater noster, etc.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvum fac servum tuum [*vel* ancillam tuam], *et sic deinceps:*

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Digitized by Google

OREMUS.

CLEMENTISSIME Deus, pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem ac sperantem, secundùm multitudinem miserationum tuarum, respice propitius famulum tuum *N.*, quem tibi vera fides et spes christiana commendant. Visita eum in salutari tuo, et per unigeniti tui passionem et mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem et veniam clementer indulge; ut ejus anima in hora exitûs sui, te judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum.

Tum dicto ab uno ex clericis adstantibus, Confiteor, etc., *Sacerdos dicat*: Misereatur, etc., *deinde*: Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam misericordiam, recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam quam in baptismate recepisti; et ego, facultate mihi ab apostolica Sede tributâ, indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo, in nomine Patris, etc.

Per sacrosancta humanæ reparationis mysteria remittat tibi omnipotens Deus, omnes præsentis et futuræ vitæ pœnas, paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, Pa ✝ ter, et Fi ✝ lius, et Spiritus ✝ Sanctus. ℟. Amen.

Digitized by Google

Si verò infirmus sit adeò morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos benedictionem ei impertiatur.

Ex Constitutionibus publicatis in Synodo diœcesana Elnensi, die 22 Aprilis 1789.

CONSTITUTIO XVI.

Monentur Confessores, ut juxta prudentiam suam absolutionem differant personis ad Sacramentum pœnitentiæ accedentibus, quæ fidei rudimenta et præcipuè fidei mysteria ignorarint; curatisque præcipitur, ne tales personas admittant ad munus patrini vel matrinæ, in sacro Baptismatis sacramento, neque ad Matrimonii benedictionem.

CONSTITUTIO XVIII.

Casus reservati.

1. Percussio patris vel matris.
2. Percussio levis clericorum clericaliter viventium et gravis injuria in præsentia facta.
3. Homicidium voluntarium.
4. Procuratio abortûs.
5. Dormitio cum infantibus in lecto infra annum et diem, secutâ suffocatione, incur-

Digitized by Google

ritur excommunicatio ipso facto, à qua solus Episcopus absolvere potest.

6. Duellum.

7. Incendium domorum et frugum tantùm.

8. Negligentia adimplendi legata pia.

9. Peccata notariorum ista malitiosè non denuntiantium.

10. Fornicatio confessarii cum pœnitente, et sollicitatio occasione confessionis.

11. Sodomia.

12. Bestialitas.

13. Incestus in primo et secundo gradu consanguinitatis, et affinitatis carnalis.

14. Perjurium et falsum testimonium coram judice competente.

15. Falsificatio instrumentorum, tam in judicio quam extra.

16. Libri deismi vel atheismi blasphemiam aliquam continentis apud se retentio post monitionem confessarii vel superioris, seu pastoris.

Digitized by Google

INDEX

Rerum quæ in hoc Manuali continentur.

Modus annuntiandi populo Festa colenda, jejunia, indulgentias, etc. pag. 1

De Baptismo.

De ritibus et ceremoniis in Baptismo adhibendis. pag. 7

De modo baptisandi eum qui de vita periclitatur, sive infans, sive adultus sit. 17

De sancta Eucharistia.

De ritibus et ceremoniis ad Eucharistiam administrandam infirmis laïcis. 18

De ritibus et ceremoniis ad Eucharistiam administrandam Sacerdotibus, sive Diaconis et Subdiaconis infirmis. 26

De ritu deferendi Eucharistiam infirmis, tempore interdicti, Feriâ V et VI majoris hebdomadæ, et Sabbato Sancto. 28

De Extrema - Unctione.

De ritibus et ceremoniis ad Sacramentum Extremæ - Unctionis adhibendis. 28

De Matrimonio.

De ritibus et ceremoniis ad matrimonium adhibendis. 49

Digitized by Google

Forma ministrandi Matrimonium per procuratorem. 54
Benedictio Mulieris post partum. 55

De Sepultura.

Modus et ritus sepeliendi adultum, sive Clericus, sive Laïcus sit. 56
Stationes quæ fiunt dum corpus fertur ad Ecclesiam. 60
Ritus sepeliendi corpus defuncti in triduo mortis Christi. 70
Ritus sepeliendi corpus defuncti tempore interdicti. 71
Ordo ad sepeliendum parvulos baptisatos. *ibid.*
Absolutio in anniversario pro defunctis. 78
Ordo servandus in Processionibus generalibus quæ fiunt pro defunctis. 80

De Benedictionibus.

De benedictione aquæ. 84
De benedictione panis. 88
Benedictio in die S. Blasii. 89
Benedictio ad quodcumque comestibile. 90
Benedictio loci. 91
Benedictio domûs novæ. 92
Benedictio pro animalibus infirmantibus. 93
Benedictio agrorum, ut ab eis Locustæ, Bruchi, et alia animalia noxia expellantur. 94
Benedictio pro aquis infectis. 96
Benedictio incensi. 97

Digitized by Google

Benedictio seminis serici. pag. 98
Benedictio novæ Navis. 99
Benedictio novi Putei. 100
De Processione et benedictione termini, in die sanctæ Crucis, mensis Maii. *ibid.*
De benedictione Crucis. 108
Benedictio imaginum Dei, aut B. Mariæ, vel Sanctorum. 109
De benedictione Baptisterii. 110
De benedictione habitûs ad induendum puerum, sive puellam, pro voto, seu devotione. 111
De benedictione ad exuendum puerum, seu puellam, cùm portaverint habitum pro voto, seu devotione. 112
Exorcismus contra imminentem tempestatem fulgurum et grandinis. 113
Salis aspersio in die jovis sancto, vel circa, agenda ad defendendas domos à maligno spiritu. 119
Precatio tempore grassantis pestilentiæ. 120

Additamenta.

Benedictio annuli. 122
Benedictio mulieris prægnantis de cujus periculo dubitatur. 124
Benedictio candelarum extra diem Purificationis B. M. V. 127
Benedictio domorum pro quocumque anni tempore. *ibid.*
Benedictio thalami. 128
Benedictio Agni paschalis. 129
Benedictio ovorum. 130
Benedictio novorum fructuum. *ibid.*

Digitized by Google

Benedictio olei simplicis. pag. 131
Benedictio vini. 132
Benedictio salis quod datur animalibus. 133
Benedictio terræ seminatæ, seu plantatæ. 134
Benedictio communis seminum. *ibid.*
Benedictio puerorum et puellarum. 135
Benedictio fornacis calcariæ. 137
Benedictio habitûs clericalis. 139
Benedictio vestium. 140
Benedictio cinguli. 141
Benedictio aquæ, in die Sanctæ Agathæ, 5 Februarii. *ibid.*
Benedictio ramorum, in honorem S. Petri, martyris, die 29 Aprilis facienda. 142
Benedictio ramorum in honorem S. Pontii, Episc. et Mart., ad expellendos Cimices è domibus, die 11 Maii facienda. 146
Benedictio panis et aliarum rerum contra gutturis infirmitatem, in die S. Lupi, 1 Septembris. 147
Benedictio Rosariorum. 148
Benedictio Rosariorum pro confraternitatibus Rosarii, auctoritate apostolicâ, in Ecclesiis parochialibus existentibus. 149
Benedictio Rosarum in festo Rosarii beatæ Mariæ Virginis facienda. 151
Benedictio vexilli ecclesiastici. 152
Benedictio et traditio vexilli bellici. 153
Benedictio Capsarum ad recondendas reliquias Sanctorum. 154
Benedictio vasorum pro sacris Oleis includendis. 155
Benedictio ignis in vigilia nativitatis S. Joannis Baptistæ. 156

Digitized by Google

Benedictio pro qualibet re, quæ specialem benedictionem non habet. pag. 159

De Processionibus.

De Processione in die festo Purificationis Beatæ Mariæ semper Virginis. 161
De Processione in die Palmarum. 163
Ordo servandus in Litaniarum majorum Processione, quæ in die festo S. Marci celebratur. 166
De Processione in festo SS. Corporis Christi. 175
De Processione in die festo Assumptionis B. M. Virginis, 15 Augusti. 178
Ordo servandus in publicis supplicationibus quæ variis Ecclesiæ de causis, juxtà ritum Diœcesis nostræ sunt peragendæ. 180

Versus et orationes pro variis necessitatibus.

Ad petendam pluviam. 184
Ad postulandam serenitatem. 185
Ad postulandam conservationem fructuum terræ. *ibid.*
Tempore penuriæ et famis. 186
Tempore belli. 187
Pro quacumque tribulatione. 188
Pro gratiarum actione. 189
Proprium Ecclesiæ majoris S. Joannis Baptistæ oppidi Perpiniani. 191
Modus à SS. D. N. Benedicto Papa XIV approbatus, ad impertiendam benedictionem in articulo mortis. 192
Casus reservati. 195

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



INSTITUT
D'ESTUDIS CATALANS
BIBLIOTECA
Núm. 1033
Armari 10
Prestatge III-3

BIBLIOTECA DE CATALUNYA